# Hiſtoriarum
SANCTISSIMAE, ET GLORIOSISS.
# VIRGINIS DEIPARÆ
DE POPVLO ALMAE VRBIS
# Compendium

*AVCTO. R. P. F. IACOBO DE ALBERICIS*
*A SARNICO BERGOMENSI*
*Sacræ Theo. Lectore, & huius Cœnobij Priore.*

AD
OCTAVIVM AQVAVIVAM
TIT. EIVSDEM ECCLESIAE
S.R.E. CARD. AMPLISSIMVM.

V.L

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZIONALE ... ROMA
BIBLIOTHECA ... N.S. M. DE VICTORIA

ROMAE,
Ex Typographia Nicolai Mutij. M.D.XCIX.



ILL[mo] AC REVER[mo] D. D.

# OCTAVIO AQVAVIVÆ

S. R. E. CARDINALI

TIT. S. MARIAE DE POP.

MERITISSIMO

Dominoque meo ſemper Colendiſſimo,

BIBLIOTECA NAZ. ROM. VITTORIO EMANUELE

## *F. JACOBVS A SARNICO BERGOM.*

## S. P. O.

*HOC Illuſtrium, Sanctiſſimæ Virginis Mariæ de Populo Almæ Vrbis Hiſtoriarum Compendium non opus mihi in lucem edituro fuit nimio labore, nec animi in perquirendo eiuſdem ſedulitate Patrono, Cuius authoritate quidem altiſſima, nomineque Illuſtriſſimo Protectum, ſublime, nec haud excultum ob oculos Principum euaderet illud pleniſſimè; ſiquidē te mihi vnum illico (Cardinalis Ampliſſime) præ ceteris occurentem, cui omni meo iam ſtudio, opera, induſtria, animo diù dicatis, ipſimet præcipuum (tanto licet honore indigno) Patronum adoptare non dubitaui; Quod profectò non aliunde, quàm ex tua vnius ſingulari benignitate, immenſo affabilitatis ſplendore, & ingenti*

*pietate, qua frequenter iſtam tuam cordi affixam viſitans Sacram ædem, quàm humaniſſimè mecum agere ſolebas, dubio procul euenit. Idque potiſſimum Clariſſima animi tui ornamenta, mentiſque tuæ Illuſtriſſimæ dotes, ſapientia nimirum, grauitas, modeſtia (reliquas innumeras taceam oportet) adeo me tibi indiſſolubili ſeruitutis vinculo deuincientes effecerunt; vt animum ad rem conferens meum, te peculiari quodam honore, ſincero cordis ſtudio, amoreque tandem inextinguibili proſequerer: necnon vniuerſas lucubrationes meas, cunctoſque ingenij mei fructus (quamtumlibet minimi) deſpondere omnino cogerer. Atqui certè longè maiorem liberalitatis, & magnificentiæ candorem, imo tantam vbique locorum tui Illuſtriſſimi nominis famam concitarunt in omnes orbis terrarum homines; vt te illis conſpicuum, mirè gratum, amabilem æquè fecerint, & iam iam loco Patris illi te ſuſpiciant, colant, prædicent, & venerentur. Nec propterea ſilentio inuoluendum puto, quo te propter egregiam animi tui præſtantiam, admirandam prudentiam, probitatem, dexteritatem, comitatem perindè atque optimum, acutiſſimumque iuditium, Sanctiſſimus Pater, honoris genere donauit, quippe qui eo decore, & dignitate, qua nunc iure optimo polles, dignum te ſtatuit, benemeritum iudicauit, quin Galero potius purpureo perornatum, te Illuſtriſſimum S. E. R. Principem creauit. Porrò ſilere non poſſum tibi legationem apud Auemones digniſſimam in hanc vſque diem (illis alicuius viri maximi, & prudentiſſimi anxiè ſitientibus aſpectum) datam; necnon ſublimem Deiparæ Virginis Mariæ de Populo Titulum tibi à Beatiſſimo, & Sanctiſſimo Patre Noſtro* CLEMENTE *VIII. conceſſum. Hæc omnia cùm ita ſint, tanto erga te (Cardinalis Ampliſſime) mentis affectu gaudebam, tanto vinculo obſtringebar Officij, vt iam diutius ferre non poſſim, quin aliquo munuſculo meam in te obſeruantiam, ac incredibilem ſignificarem amorem. Hinc factum eſt, vt citiùs, ac immaturius ſaltem, quod tibi hoc meum dedico, & conſecro Compendium (quale cunq; ſit illud) libentiſſimè mitterem; non tamen ea lege, vt nominis tui Ampliſſimi Maieſtate dignum exiſtimem*



*cum*

*cum tantum mihi ipſi haudquaquã arrogare velim; nec minus ignoro ad te nil niſi ingenio perfectum, induſtria elaboratum, omnibuſque numeris abſolutum offerri debere; verum vt fæliciſsimum Compendiũ plurimum exiſtimationis, dignitatis, honoris, & patrocinij tanto nomine fulgidiſsimo irradiatum nanciſcatur; non inauſpicato quoque in pios, ac S. Mariæ de Populo mancipatos, & deditos fructu non paruo perueniat: vix enim me tutum arbitrarer ab his, aut rabie, aut liuore perfuſis, qui cane peiores, & angue in aliorum dicta ſeſe ingerunt Ariſtarchos, atque omnibus ſiue meritò, ſiue iniuria verè, vel falsò detrahere ſtudent. ſed detrahant iſti, & obtrectent illi quantum velint, non eſt tamen, quod Compendium virulentis hominum maledicentium linguis expoſitum timere debeat, præſidio tanti viri munitum inter S. R. E. Cardinales omni meritò connumerati: in cuius ingenij, naturæq; donis pœuitus laudibus enarrandis elegantiſsima Ciceronis, nedum mea deficeret oratio, atque potius Demoſtheni Græcorum eloquentiſsimo verba deeſſent, quàm neu tuarum celebrandarum virtutum ſuppeteret argumentum. Quare cæteris omiſsis, animo, ac re ipſa verius venerari, & colere, quàm verbis celebrare, voceque decantare toto pectore in omnem vitam incumbam, vehementer excelſitatem tuã rogans, ac etiam, atq; etiam obſecrans, vt hoc meum Compendium rudi Minerua contextum, libentiſsimo excipere dignetur animo, quo ſub vmbra magnarum ſuarum alarum in medium tutius prodeat, ac diutius integrum ſeruetur, & inculpatum. Vale, & Deum Opt. Max. ſupplex præcor, qui Amplitudinem tuam ad huius ſæculi decorem, & deuotiſsime Eccleſiæ S. Mariæ de Populo Almæ Vrbis ſplendorem; & patrocinium ad neſtoreos annos incolumen reddat. Romæ ex Conuentu Sanctæ Mariæ de Populo quarto nonas Aprilis. 1598.*

Illuſtriſsimę, ac Reuerendiſſimę Dominationi tuæ Dedítiſſimus.

*F. Jacobus de Albericis.*

## AD R. P. F. IACOBVM BERGOMENSEM.

*VIRGA nè dum florem, ſed fructum myſtica Ieſſe*
*Protulit, hæc genitrix Virgo Maria fuit;*
*Namque Deum, ac hominem florem, mirandaque fructum.*
*Edidit, & flores, pomaque ſancta dedit.*
*Carpe igitur fructum, & per prata virentia florem*
*Iam redolet venerans mira, Deumque, virum;*
*Effigiem hanc Lucam diuum pinxiſſe decoram.*
*Fertur ab antiquis, Auctor, vt ipſe refert,*
*Innumeras grates Iacobo debentur vbique,*
*Huic itidem perpes nomen, honoſque detur.*

## SERIES TRACTATVVM, QVI Hoc continentur compendio.


MIraculum perilluſtre Deiparæ Virginis iuxta portam Flaminiam habitum, à quo illuſtres omnes, memorabileſq. res, celebris, & ampliſsimæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo originem, atque complementum traxerunt.

Situs, ac diſpoſitionis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo cum quibuſdam rebus illãmet illuſtriſsimam, ac deuotiſsimam reddentibus enarratio.

Circa admirandam Imaginem Beatiſsimæ Virginis, à Diuo Luca depictam, & à Pontifice Grægorio IX. in ipſa Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo collocatam diſcurſus.

Indulgentiæ, priuilegiaque maxima, à diuerſis Summis Pontificibus Romanis ipſimet Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo Romæ, & Congregationi Fratrum Hæremitarum Sancti Auguſtini obſeruantiæ Lombardiæ conceſſa.

Epitaphia varia in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo exiſtentia, ordine Alphabetico regeſta.

# INDEX
## RERVM NOTABILIVM.


A

ACceſſus Pont. Paſchalis, ad Virginem, vt Dæmonũ prauitates extirparet. p. 3
Apparitio S. Virginis. 5
Adiuratio Paſchalis in Dæmones. 7
Altare Sanctiſsimi Crucifixi Priuilegiatum, cum liberatione animarum à Purgatorio. 13
Auguſtini Sanctiſsimi reſpõſio ad quoſdam ſciſcitantes cur hic, quam alibi miracula fiant. 22
Aliquæ Virginis Sanctiſsimæ inſignes Imagines. 28
Auctoris ad Deiparam Virginem in exaltationem S. Romanæ Eccleſiæ oratio. 31
Altaria priuilegio ornata ſunt in Eccleſia S.M.de Pop.vt in illa Sancti Petri. 78

B

BEatæ Virginis multo plura ſunt; quam credi valeant miracula. 28
Bonifacius VIII. 40. an. Indul. & totidem quadrag. in feſto S.Ægidij Abbatis, conceſsit S. M. de Populo. 42
Bona euenientia ex ſanctarum Imaginum vſu. 21

C

CAuſa ędificationis Eccleſiæ S. M. de Populo. 2
Conuentus S.M. de Pop.datus fuit Congregationi Fratrũ hæremitarũ à Six.IIII. 55
Conſecratio Eccleſiæ S. M. de Pop. facta fuit quinta Feria poſt tertiã Dom.Quadr. 37
Clamores Dæmonũ à nuce diſcedentium multiplices. 8
Clemens VIII. Pont. Max. qui Iubileum oĩbus chriſticolis indulſit, templum S. M.de P. vnum ex alijs viſitandum edixit. 105
Clemente Ferraria reuertente S. Sacram. quod illi ſemper præibat, quieuit nocte, & dimidio diei ſequẽtis in Eccleſia S. M.de Populo. 106

D

DEus hic magis quã alibi miracula facit, quia talia loca fide indigent. 23
Dionyſiius Areopagita ũalde


admirans

admirans dixit, ſi vnus mihi Deus compertus nõ eſſet Virg. iſtam diuinitatem fore affirmarem. 24
Deus eſt miraculorum primarius opifex. 26
Dæmones ſunt fortiſsimi propter eorũ naturã, ſapientiã, experientiã, victorias, & odiũ contra genus humanũ. 6
Dæmones bonorum noſtrorũ inuidos eſſe oſtendit. 6
Dæmones fuerunt ſuis ſedibus expulſi. 7
Demones vnigenitũ Dei filiũ tentare præſumpſerunt. 7

E

Effigies Ieſu Chriſti cultu latriæ adorari debent. 22
Eccleſia S.M. de Pop. tempore cuiuſdam peſtis loco Eccleſiæ S. Pauli, indulgentijs ſibi communicatis, vna, ex ſeptẽ Eccleſijs ſtatuitur. 74
Eccleſia S.M. de P. ſubſtituitur vna ex ſeptem Eccleſijs loco S. Sebaſtiani à Sixto IIII. ſibi datis gratijs. 77
Epitaphia in Eccleſia S.M. de Pop. exiſtentia. 12. vſq; ad 19

F

Finis oĩm miraculorũ incarnatio filij Dei exiſtit. 26
Fons meritorum Virg. tantus eſt, vt eius ope nil impoſsibile ſit receptu. 27

G

Gregorius IX. Pont. Max. multitudine miraculorũ temporæ maximę contagionis S. Virginis Imag. ad Eccleſiã S.M. de P. detulerat. 25
Gregorius XIII. Altare S. Crucifixi in Eccleſia S. M. de Po. pro animarũ liberatione à Purgatorio priuilegio illuſtrauit. 72
Gratiæ ferè innumeræ diuerſis mortalibus à S. M. de Po. conceſsæ. 29
Greg. XIIII. concedit, qđ quilibet Sacerdos poſsit, Sacrum facere in Altari maiori S.M. de Populo. 102

H

Hyperduliæ cultu adoratur Imago V. S. 22
Horribilibus vocib. perſtrep. Dæmones. 8
Honore duliæ SS. Imagines adorantur. 122

I

Ieiuniũ ſectabant Moyſes, & Gedeon, & plures alij tempore anguſtiæ. 4
Imago S.M. de P. ipſimet Matri Dei Mariæ conformis pluribus rationibus oſtendit. 27
Imaginẽ S.M. de Pop. à S. Luca depictã fuiſſe docent plures Sũmi Pontif. relati. 124
Initiũ miraculi Virg. Sanctiſsimæ de Populo 2

Inter-

Intercedere præcipuum Virg. munus. 4
Ieiunij aliquot effectus. Ibid.
Iulius II. Pont. Max. Eccleſiam S. M. de Pop. ornauit. 12
Imago veluti inſtrumentũ miracula facit. 27
Imago S. M. de Po. diù extitit in Sacr. S. Ioan. Laterañ. 15
Indulgentia Greg. IX. 700. an. & totidem quadr. in oĩbus feſtiuitatibus B. Mar. Virg. & per earum octauas. 40
In gulg. 700. an. & totidẽ quadrag. in feſtiuitatibus, Natiuitatis, Reſurrectionis, Aſcẽſionis, & à media quadrag. vſq. ad octauam. ibid.
Indulg. 700. an. & totidem quadragen. in feſto S. P. N. Auguſtini, & peius octau. ibid.
Indulg. Clemẽtis iiij. Põt. Max. 7. ann. & totidẽ quadrag. in feſto B. M. Magdalenæ. ibid.
Indulg. 7. an. & totidẽ quadr. in die S. P. N. Auguſtini, & per eius octauam. ibid.
Indulg. 17. an. & totidem quadrag. à die conſecrat. ipſius Eccleſiæ vſq. ad oct. Paſc. ib.
Indulg. Bonifatij viij. P. M. 40. an. in feſto S. Egidij Abbatis & totidem quadrag. 42
Indulg. eiuſdem Pont. 40. an. & totidẽ quadr. in feſto S. Chaterinæ Virg. & Martyr. ibid.
Indulg. quoq. ab eodẽ cõceſſa duorũ milliũ 797. an. & duorũ milliũ 757. quadrag. ibi.
Indulg. plen. Eccleſiæ S. M. de pop. à Sixto in omnibus feſtiuitatib⁹ B. Virg. cõceſſa. 5
Indulg. oĩm cõceſſarũ ab alijs, per Sixtũ 4. ratificatio. 46
Indulg. plen. in oĩbus feſtiuitatibus Virg. Eccleſiæ S. M. de pop. à Sixto 4. cõceſſa. 48
Indulg. plen. à Sixto 4. Eccleſ. S. M. de pop. conceſſa ſingulis ſabbatis quadrageſ. 53
Indulg. ſtationũ totius an. Romæ ab Innocentio 8. cõceſſa Eccleſiæ S. M. de pop. & omnibus Fratribus Congr. 60
Indulg. oĩm Romæ ſtationum cõceſsio à Sixto 4. Fratrib⁹ Congr. Lõbardiæ viſitãtib⁹ tria Altaria à ſuperiore deputata, ac dicẽtib⁹ 5. pr̃. noſ. ac tòtidẽ Aue Mar. cum Oratione Summi Pont. 54
Indulg. plen. & oĩm peccatorũ remiſsio ſingulis an. ſabbatis in perpetuũ conceſſa viſitãtibus Eccl. S. M. de P. 73

L

LVcas S. Imag. Virgin. M. de Populo depinxit iuxta doctorum ſententiam. 23
Licet in miraculis faciendis Deus creaturis carere poſſit, tamen non excludit earũ miniſterium. 26
Leo X. concedit Eccl. S. M. de

Populo Fratr. vt celebrare poſsint ſingulis ſabbatis ferialibus off. Virg. M. ſub 2.off. 63

M

Maria Sāctiſsima veſtibus cęruleis induebat. 24
Mariam Virg. coloris oleacei fuiſſe docent multi doct. 24
Miraculis plura Dei atributa clareſcunt. 26
Maior miraculorum pars fit amore dilectiſsimæ Dei Matris. 27

N

Nux ſublimis ſub qua erat corpus Neronis. 2
Noluit Pōt.Paſch. Deū,& eius Matrē ore tantum laudare, ſed & re ipſa immortales referre gratias voluit. 9

O

Obiectio quorundā cur in vna magis quā in alia figura miracula fiant. 23
Oratio afflictionum cunctarū accomodatū remediū. 4
Ornamēta Eccleſię S. M. de P. ſunt tria. 17
Oīum priuilegiorū S. M. de P. numerus ad totā Congreg. extendit̄ demptis plen. 50
Orationibus inſtabāt antiqui patres tempore calamitatis, quibus Deo fauente liberabantur. 4
Oratio Paſch.ad diuinū implorandum auxilium. 7
Origo ædificationis Eccleſiæ S.M.de Pop. 1

P

Paſchalis Pont.M. Eccleſiæ præerat. 2
Præceptū Eccleſiam S.M.de P. conſtruendi. 5
Paſch. Altaris maio. fundam. iecit, illudq. cōſecrauit. 9
P.N. Auguſtini S. ob Imag.ſibi obiectā amare planxit. 22
Plurimū nobis cōducit Imag. ſacrarum vſus. ibid.
Pop. R. omni morbo peſtifero Virg. Maria deprecatrice liberatus fuit. 25
Paſchalis. Pont. Altare maius conſecrauit, in quo multas reliqas poſuit. 37
Paſch.ā media quadrag. vſque ad octauā Paſchæ mille an. Indulg. & totidē quadrag. ob reuerentiā Virg.cōceſsit. 37
Pius Papa 4. pro bono cōcilij Tridentini progreſſu ad S. M. de P. pręcat. accedit indulto X. fidelibus cōceſſ. 67
Paſc. ieiuniū triū dierū toti p. indixit. 4
Paſch. ieiunio adhibuit orationem. ibid.
Paſch. proprijs manibus nucē ſuccidere cæpit. 8
Paſch. proprijs manibus Altare maius ędificare cæpit. 9
Pontif.tpe magnę calamitatis

angu-

anguſtię Virg. S. M. de pop. in proceſsionibus honorificè circunferebant. 25
Pius 4. Pont. Max. ſoléniter rē Sacrā faciens in Eccl. S. M. de P. iubileū vniuerſis Chriſti fidelibus conceſsit. 66

Q

QVorundā obiectio cur in vna magis Imag. quā in alia miracula ędantur. 22
Quamplurima mala pop. Ro. demones afferebant. 3

R

REliquię SS. numerantur vniuerſæ. 18
Rom. Pop. Eccl. S.M. de pop. à quo nomen accepit ædificauit. 37
Rom. Pop. in ſingulos annos obnoxius eſt oblationi calicis 15. ducato. ac duorū cereorū magn. Eccleſiæ S. M. de pop. 48
Reddit Paſchalis gratias Deo, & Deiparæ Virg. ob max. acceptam gratiam. 8

S

SAnctorum Imagin. honore duliæ adorantur. 22
Sanct. Virg. oſtēdit nucē, & q̄d de ea agēdū ſit imperat. 5
Sixtus 4. S.M. de pop. Tēplum a fundam. erexit, & in præſentem formā redegit. 55

T

TRiumphū gloriæ inexplicabilē eminentius omni creat. ſibi parauit Virg. 27
Tot, ac tanta ſunt Virg. miracula, vt multo plura credi poſsint. 28
Tota Congreg. Lōbardiæ, veluti cōuentus S.M. de pop. ꝓtectioni Sed. Apoſt. ſubditur
Tāta eſt quotidie indulg. in Eccleſia S. Sebaſtiani, quanta in Eccleſia S. Petri, & ex conſequēti in illa S.M. de pop. 28

V

VIrgini plures erectę Baſilicę. 2
Vtilitates, ex Imag. ſāctarū ꝓſpectu prouenientes. 21
Virg. B. Imag. adoratione hyperduliæ venerantur. 22
Virgine Maria tāquā miti, & benigna deprecatrice miracula fiunt. 27

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



# ORIGINIS, ET CAVSSÆ S. MARIÆ DE POPVLO NARRATIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM Sapientiſſimus, ac Sereniſſimus Rex Hieruſalem Salomon extremam manum æterni Dei mirabili, & celebri templo adhibuiſſet. Cumq; domum myſterio plenam in ſuum domicilium conſtruxiſſet, ſacra refert pagina eum pariter magnificam, & Regiam Sereniſſimæ Reginæ ſuę dilectiſſimę coniugi magni Regis Pharaonis filiæ erexiſſe domum, qua præcipuè, vt teſtantur interpretes, illam exaltare, venerari, & in cælum vſque efferre vellet. Ita Regum maximus, & vniuerſi Dominus orbis filius Dei, cuius Salomon typum gerit, abſoluto admirando, & celeberrimo ſacrati templi opere, quod eſt eius corpus, vt ipſe teſtificans ait (referente Diuo Ioanne, qui inquit duris Hebręorum ceruicibus prædicantem dixiſſe) Deſtruite templum hoc, & in tribus diebus reedificabo illud, & templi nomine ſuum ſacratiſſimum Corpus intellexiſſe, quod extinctum morte, virtute, & poteſtate propria tertia die miraculosè reedificatum reuixit, & hoc tempore penitus fuit opus conſumptum, & omni ratione perfectum: ſic (inquam) magnus Rex, mundique Redemptor, non alteram, verum plures ſibi ædificauit ædes,

*3. Reg. cap. 7. B*

Salomon Chriſti typus.

*Io. cap. 2. D*

Nñi Virginis plures ędificatę Baſilicæ.

quales Almæ, & vbiq; terrarum ſplendidè fuerunt ædificatę eius Sanctiſſimo nomini Baſilicæ. Atque hoc non contentus vno, Sereniſſimæ quoq; Angelorum Reginæ præcipuas domus ædificauit, idq; interdum Piorum mentes recto ſpiritu ducens in diuerſis mundi partibus, vt Eccleſias, templa in honorem illibatæ, & ſacratæ Virginis eius Genitricis conſtruerent, effecit. Interdum vero idem clariſſimis ſignis inſinuans, vt potè quando in montem Exquilinum Romæ candidiſſimas niues effuderat, vbi deinde Maximus Pontifex Liberius ſacrum faciendum, quod Ioannes cum vxore proprijs facultatibus fabricarunt, deſignauit. Nonnumquam ipſamet Virgo Sanctiſſima aliquibus deuotis, & ſibi caris apparens, hiſque vere iubens, vt templa erigerent, Eccleſias extruerent, tempus innuens, ſitum oſtendens, locum, modum, & quicquid, quod illis præſtandum ad nanciſcendum votum, eſſet neceſſum, declarans; vti fecit hæc Sanctiſſima, & inclita Regina Romæ 1099. (quod dicam infra) quo quidem tempore Sanctam Dei Eccleſiam magna cum prudentia, & Sanctitate, fœl.mem. Pont. Paſchalis II. Blerenſis Monacus Cluniacenſis regebat: qua tempeſtate compериebatur (vt celebratiſſimum miraculum exordiar Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, à qua inſignia mirabilia, & memoria ſanè digna, celebris, ac deuotiſſimæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo prodierunt) intra inclitam Romæ Ciuitatem propè portam Flaminiam, quæ nunc temporis porta de Populo vocatur, ſublimis adeò nucis arbor, & alta, vt longè cæteras illis finibus contentas magnitudine ſuperaret, ſub cuius trunco humatum iacebat corpus immanis, & diri Neronis Imperatoris; ſuper vero, & circumquaq; ſtabat (res auditu terribilis) maxima Diabolorum turma, & multitudo ſpirituum re-

Paſchalis Pont. Eccl. regebat an. 1099.

Miraculi Initium.

Nux alta ſub cui' radice corpus truculenti Neronis cubabat.

bellium infernalium in prædicti corporis cuſtodiam, ſed etiam quod multò peius eſt (experientia tunc rerum magiſtra docente) ad infeſtandos, ac valdè Chriſti fideles cruciandos. Quapropter omni veluti ſpe deſtituti, & rabioſi, ſemper inconſolabilem eorum dolorem euomentes; ſimulq; magnum inuidentię liuorem lenientes, qua nobis bonum noſtrum inuident, procedebant. Propterea maligni, & feroces ſpiritus, nulla cuipiam habita ratione, nec pauperibus, nec diuitibus, nec magnis, nec minimis, nec viris demum, nec mulieribus, æquali rabie, & malignitate infeſtabant, excruciabant, mutilabant, ſuffocabant; & crudeliter necabant illorum plurimos, qui per præfatam portam Flaminiam tranſibant, in peius ſemper pro viribus abeuntes: dolentes, quod totum mundum omnino ſuppeditare, & in vltimas Terras mandare non poſſent. At ſi adeò horribilem ſonum affert auribus humanis hoc ſolum nomen Diaboli, cogitet (heù quæſo) vnuſquiſq;, quem terrorem inferre debebant eorum intemperatarum vocum ſtridores; hinc inde eueniebat ſpectaculum non minus dolore, & calamitate, quàm merore, & animi angore refertum, dum quidam pedibus claudi, alij manibus capti, alij toto corpore obſeſſi, alij ligati, alij faſcinati, & alij ſpiritu flagitioſo vexati, alij tragica morte occiſi, deniq; tot erant damna, & incommoda, & feritates quas in genus inferebant humanum, vt mens ne minimam quidem partem capere poſſit. Quare Sanctiſſimus Pontif. Paſchalis tantorum malorum cognita cauſa certò commonefactus de tot, tantiſq; incommodis, his perſpectis detrimentis, quæ ab illis tartareis ſpiritibus perpetrabantur, eius ſibi dilecto, & quàm grato Populo Romano, anxius, & cupidus inueniendi tot exitijs opportuna medicamina, humilitate, & pietate maxima confugit, & ſeſe ad

Demonis ꝑpe infinita mala in homines inferentia.

Pont. Paſc. vt demonũ infeſtationes tolleret ad Sanctiſſ.

Virginem accedit. Pręcipuum intercedendi mun' Virgini Sanct. aſcribitur.

Beatiſſimam Virginem tribulatorum conſolatricem commendauit; certò ſciens ipſam fore deprecatricem Excellentiſſimam, & efficaciſſimam ad exorandam quamcumque gratiam piè, ſanctequé à Deo benigno deſideratam, quinimo illud ſingulare munus eius eſſe aduocare, intercedere pro cruciatis, & afflictis peccatoribus; quod ideo eam Deus tot donis, & priuilegijs, tot gratijs, vt in ſublimi magni Concilij colloqui poſſet, Conſiſtorio, decorauit. In quo ea tam primaria voce gauderet, qua quicquid efflagitaret, proculdubio illi concederetur. Ex quo deuotis præcibus Virgini Sanctiſſimæ Pontifex Paſchalis ſe commendauit, publicum, & generale ieiunium trium dierum toti eius Populo indixit, cum ſciret illud potenter malignos, & ſceleſtos ſpiritus deprimere, & conterere, durè calcare peruerſos humani generis hoſtes, claudere, & obturare ora leonum, ſcindere, & dilacerare ferarum ſæuiſſimarum vngues, decidere, ac truncare ſuperbientium Ducum, ac Principum caput, placare, lenireq; Deum iratum, atque tandem efficere; vt quilibet ſit compos eius, quod honeſtè, & iuſtè præcibus contenditur. Nec hoc ſolum contentus bonus Paſtor, ieiunio adiecit orationem, imitans magnum Hebręorum Paſtorem Moyſem, qui in difficillimis ſuis rebus confugiebat ad orationem: hanc enim ſectati ſunt clariſſimi viri Gedeon, Samſon, Dauid, Saul, & quam plurimi alij, qui in eorum infortunijs, tribulationibus, & penis, Ezechias in obſidione Hieruſalem, & in ſua infirmitate. Ioſaphat cum videretur oppreſſus ab hoſtium exercitu, Heſter in angoribus animi, & calamitatibus populi ſui. Idem fecere, & Daniel in Lacu Leonum, Ionas in ventre ceti, tres pueri in fornace Babiloniæ. Tales ſe geſſerunt; Centurio, Cananea, Regulus, Latro in Cruce, Petrus in carcere, hi omnes, & alij pro-

Virgo q̄d petit obtinet ſemper

Aliqui Ieiunij effectus.

*Num.* 11

B

Oı̄m tribulationū̄ opportunū̄ remediū̄ oratio.

*Exod.* 32

C

pemo-

pemodum extitere infiniti, quibus orationis beneficio Clementiſſimus Deus fauit, & ſubuenit, hacq́ue itidem fœlix,& ter quaterq́; Beatus Pontifex, quod deſiderabat, obtinuit: quandoquidem cum ex animo populum ſuum commendatum habuiſſet, ſingulariq́; pietate Deum exoraſſet, Matremq́; ſuam Sanctiſſimam, vt dignaretur ab illa ſpirituum pernicie, & morbo demoniorum exitiali eos liberare, ac quicquid agendum, quod illis placeret, reuelare. En fauore diuino tertia nocte poſt ieiunium, & orationem illi apparuit Sanctiſſima Virgo Dei Mater Maria vnica, & pia mæſtorum conſolatrix, quæ benignè hunc in modum loquuta eſt, ò Paſchalis, ò Paſchalis, Hilari, & Læto ſis animo, Deo enim placuit abſtinentia tua, exaudita eſt oratio tua, populi totiuſque tui ſupplicatio, reſpexit lachrymas, obſeruauit ſuſpiria, menſus eſt lamenta, & animo quærimonias poſuit, numerauit ſingultus, cordolia perpendit, & ad extremum cognouit magnam moleſtiam, qua populus tuus Romanus ab iſtis mortiferis Draconibus afficitur. Propterea ne dubites, nevè tãtillum mẽte hęreas (ita repetijt alma illa Regina, cui nõ eſt aliud negotium, quam miſeris mortalibus ſuccurrere) ſed egredere, perge, ac irrue quamprimum ad portam Flaminiam, vbi nucem quamdam reperies ea altitudine, & latitudine, quæ omnem aliam arborem illic conſitam excellit, & præſtat, ſuper illam latitant, & commorantur hoſtes omnium noſtrum communes; ecce vide, tot tantiſq́; malis opportunum, & paratum remedium ſingulare, fac illam ſuccidi ſine mora, & radicitus euelli feſtina, ſub qua inuenies corpus miſeri, & ſemper infelicis Neronis, quod illinc ſtatim admoueri, & proijci in Tyberim curabis: exinde in eodem loco, eodemque ſitu, Eccleſiam meo nomini conſecratam ædificari efficito; volo namq; (quod

Virginis ſacerrimę apparitio.

Eccleſiã S. Marię de Populo ędificãdi pcep.

primum

primum ſic Dei Maieſtas diſpoſuit) Populum tuum, qui ibi hactenus multa incõmoda ſuſtulit, poſthac plurima bona, & diuerſa gratiarũ genera ſuſcipere; & ſicuti locus ille à tenebrarum Principe vſurpabatur cũ reliquis, ita nunc & ſempiterno tempore iure meritò à Principe lucis vero Deo, eiuſque beatis poſſideatur: eo loci, denique volo omne malum in bonum abire, arrogantiam in humilitatis præſtantiam, tormenta in oblectamenta, vanitatem in nobilitatem, triſtitiam in lætitiam, damna in dona, confuſiones in confeſſiones, tribulationes in conſolationes. viue igitur lætus, & iucundus, mi Paſchalis, quia eris diuino comitatus fauore.

Vt illico poſtera dies illuxit, lætitia feſtinanter, inenarrabili Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Cardinalium Concilio, vniuerſoq; ſimul Clero, ac Populo Romano conuocatis (maxima cum deuotione oneris magnitudini ſuſcipiendi accommodata) ſolemniter Portam Flaminiam verſus iter ſuum direxerat; cumque illuc peruenisset, miſerandum caſum contemplans planè cognouit cum Apoſtolo non eſſe ſibi colluctationem aduerſus (nũc modo temporis) carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritales nequitias, Principem nimirum tenebrarum Dæmonem, ac malignorum, qui ſunt fortiſſimi, ſequacium. Tales enim eos natura reddit illorum ſapientia, experientia, victoriæ, maximum denique odium, quo Chriſti fideles proſequuntur, quorum tamen vnus, qui ſui periculo hac de re loqui poterat, teſtatur abundè dicens, non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. Optimè quippe nouerat noſtrorum per inuidos eſſe bonorum; Idcirco non ſolum peruerſis cogitationibus, validis tentationibus, nonnumquam vero aſperis, & duris nos ſtudent ictibus infeſtare, ſed etiam varijs, diuerſiſque penis nos

Deiparæ Virginis man. exec.

*Ephеſ. 6. B*

*Iob. 41. D*

ad intollerantiam, diffidentiam, ac contra veriſſimam Dei prouidentiam ſolertèr inducunt. Eos porrò ſciebat adeò ſuperbiſſimos, vt ſolium ſuper illud ſummi Dei Monarchæ collocare fuerint auſi. Quamobrem in eos acriter pugnarunt Angeli Beati à quibus victi, & ſuperati in tartarea loca fœliciſſimis illis ſedibus orbati detruſi fuerunt. Adhuc nihilominus in terris degentes ſæpenumero miſeri non modò perſonas, quæ (ſententia omnium vniuerſali) Illuſtres, & ſanctitate ſingulares exiſtimabantur; verum etiam vnigenitum Dei filium ſeruatorem noſtrum machinari, ac fallaciter ſupplantare præſumpſerũt. Propterea meritò Sanctiſſimus Pontifex palmis ſupplicibus pectori admotis, ſublatis in cælum oculis, inquit, ad te rurſus confugio ſempiterne Deus, qui Sedes ſuper Cherubin, qui volitas ſuper pennas ventorum, qui tribus digitis mundum ſuſtines, qui omni fortior exercitu, quiq; vniuerſis abſoluto Imperio Imperas: te etiam atque etiam oro, vt mihi in hac ſuſcepta Prouincia, ne labor detur vento, ſed prius tuo laudem nomini, & huic indè fideli Populo Romano optatam afferat libertatem, ſuccurras. Conuerſus deinceps Pater Sanctus ad mæſtum, & pœnitentem Populum, dixit, nolite timere, quoniam (Dei ſanctæq; Virginis beneficio) hic hodie videbitis mirabilia eius, quæ nobis lucidè monſtrabit, & accedens ad nucis arborem Reginæ Cæli mandata exequuturus, mihi credere dixiſſe liceat, adiuro vos ſpiritus infernales humani generis hoſtes capitales, ſimulq́ue vobis impero ob merita Chriſti infinita, qui de Spiritu Sancto ex caſtiſſimo Mariæ Virginis aluo natus, eaq; lege in hunc venit mundum; vt opera veſtra ignominioſa, & truculenta, qualia iam pridem perpetraſtis, ac iugiter hoc loco machinantes perſiſtitis; impero vobis (inquam) vt ſine mora hinc

*Iſa. 14. D*

Pontif. ad Deum apoſtrophe.

*Pſ. 70. A*

*Pſ. 17. B*

Adiuratio in dæmon.

*Io. 1. cap. 3. B*

rece-

recedatis,& confeſtim ſumens manu ſecurim animo forti, & intrepido nucem ſuccidere cœpit,& dum abſcindebatur (res cuiuſque cordi formidabilis) improbi ſpiritus illi diſcedentes horribiles, & immoderatos ſonorum clamores, vt potè Leonum rugitus, luporum vlulatus, canum latratus, & id genus alia emittebant terribilia. Argumentum ſanè clariſſimum eorum moleſtiæ, quam quia nucis poſſeſſione priuati, & ab hinc expulſi hauſerunt. Cædente tunc nucem Pontifice ipſi quoque abire cœperunt. Quamobrem eo fœliciſſimo die à Deo Omnipotente populus Romanus liberatus, exauditus fuit proiecto infelicis Neronis corpore ibi reperto in Tyberim. Quis autem animo poſſet noſtrum ne dum verbis conſequi, quanta fuerit iubilatio huius ſancti Pontificis, ac totius Populi ineffabilis lætitia? qui dudum in tribulationibus aurium tenus iacebant, nunc opera intemeratæ Virginis Dei Matris omni Diabolorum peſte ſoluti ſunt. Maximum re vera extitit gaudium ab illa Illuſtri matrona Iudith Ciuibus ſuis effectum caput Holofernis amputatum manu ferente, quæ res eos in libertatem vindicauit. Atqui longè maiorem lætitiam præſtitit Populo Romano Sanctiſſima, & inuiolata Virgo, confringens caput, eijciens non alterum, ſed plures Spiritus Tartareos in captiuitatem eumdem ducentes, atque demum libertati reſtituens. Quare voluptate mira plenus Sanctiſſimus Pater Paſchalis oculis in cælum elatis, hunc eſt in modum effatus, Benedictio, claritas, ſapientia, gratiarum, actio, honor, virtus, fortitudo ſine fine Deo debentur; poſtea vero ad Virginem Deiparam verſus, ſimilia verba protulit, Tu ſtella cæli radians, Luna firmamenti, Sol mundi, vniuerſi gemma Theſauri, Archa ſapientiæ, templum Dei, Gaudium Angelorum, exultatio Beatorum, Dux incipientium,

Diuerſi Dæmonum diſcedentium à nuce clamores.

Mariã Sãct. Maiorẽ lætitiam attulit Romanis, quã ſuis Ciuib. Iud.

Deo Virginiq; Mariæ Põt. gratiarum actio.

Mariæ Vir. encomia varia.

ful-

fulcrum proficientium, Adminiculum perfector um, Requies bonorum, Refugium peccatorum, vnica conſolatrix tribulatorum, tu, tu nobis peculiari interuentione opem tuliſti; Ideo æternas gratias pro me, & toto meo populo refero, ò Alma Regina encomijs omnibus digniſſima, Virgo ſancta, Imperatrix Angelorum, Domina mortalium. His itaque dictis Sanctiſſimus Paſtor manibus ſuis fundamenta iaciens Altaris maioris, quod derepente perficiendum eſſe, vti peractum fuit, imperauit, non eſt Dei Virginisq; meminiſſe contentus corde, gratiam habere, mente benedicere, ore laudare, voce celebrare, verbis magnificare, ac ſignis eos prædicare, ſed etiam voluit re ipſa immortales referre gratias. Tum tertio poſt die, quo infernis ſpiritibus liberati fuerant, cooperto Altari maiori, & aſſeribus templo conſtructo, ingenti cum lætitia, & pietate Sanctus Pontifex vnà cum decem Illuſtriſſimis Cardinalibus, quatuor Reuerendiſſimis Archiepiſcopis, decem Epiſcopis Reuerendiſsimis, pluribus alijs Prælatis, ac populo penè innumero conſecraturus idem Altare ab eodem fabricatum, necnon Virgini Intemeratæ dedicatum ex eius præcepto iter habuerat. Aedificante autem populo Romano Eccleſiam Virginis Mariæ Dei Matris immaculatæ, cuius ope tantam, ac ſingularem profecto gratiam ſuſceperat, voluit is Beatiſsimus Pater Sanctam Mariam de Populo (cuius nunc nomen adhuc retinet) appellari, quo nulla non hora gentes ſiue hoc nomen audientes, ſiue Sanctum Dei habitaculum ſpectantes inſigne hoc beneficium per Sanctam Mariam Virginem in populum Romanum collatum memoria æterno tempore tenerent. Quoniam vero illibata Mater Dei Maria in ædendis miraculis continuò perſiſtebat (vti nunc quoque ſemper facit) eius etiam templum Popu-

Pont. Paſc. Altaris maioris fundaméta ponit.

Solemniter Pont. accedit Altare mai' S. Mariç de Pop. cõſecratur'

S. Maria de Populo cur ſic vocet.

lus Romanus exornandum curabat, hinc tempore procedente, multa ſacella inſignibus varijs, ac per pulchris figuris tùm ſculptis, tùm pictis, ſiue in parietibus, ſiue in marmoreis lapidibus, extructa fuere, potiſsimum tamen illis Cardinalium, Principum, Ducum aliarumuè perſonarum miris modis monumenta relucent, quarum rerum mentio (vt iam pollicitus eram) præcipua fiet in deſcriptione ordinis, ac Eccleſiæ diſpoſitionis, quæ ſequitur.


ECC · S · MARIAE DE POPVLO VNA EX 7 · ECC·

# DESCRIPTIO ECCLESIAE S. MARIÆ DE POPVLO ALMAE VRBIS.

Iulij. 2. Pō. M. Eccl. S. Mariæ de Populo exornatio.

DESCRIPTVRVS ſacrati templi Diuæ Mariæ de Populo diſpoſitionem, & ordinem, rationi conſentaneum eſt, vt à capite eiuſdem exordium ſumã. Principio enim Fel. Mem. Iulius ſecundus chorum, Altare inferius extruxit, & ſacellum fornicibus aureis, & picturis inſignibus pro gentilitia eius familia Rouerenſi fecit, ac idem exornauit duobus ſepulchris hinc inde miro opere ſine exemplo fabrefactis; Alterum pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Aſcanio Mariæ Sfortia figuris, ſtemmatibus, propria effigie, ac cæteris pulchris inſignitum, & præcipuè Epitaphio. Aſcanio Mariæ. Alterum vero pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Hieronymo Baſſo Sauonenſi, Sixti quarti ſororis filio mira artis paritate erectum cum figuris exculptis, propria eius effigie, inſignibus, & Epitaphio: Hieronymo Baſſo. Non longe ab iſtis ſunt alia duo ſepulchra magnæ exiſtmationis, hoc ad dexteram, nempe Illuſtriſſimæ Flammettæ Strotiæ ſtemmatibus, figuris, & Epitaphio. Flammettæ, &c. Illud verò ad ſiniſtram Illuſtriſſimi Cardinalis Antoniotti

Ia-

Ianuenſis cum figuris, inſignibus, propria effigie, ac Epitaphio. Ampliſſimis legationibus. huic eſt proximum ſepulchrum Illuſtriſſimi Cardinalis Ioannis Baptiſtæ Pallauicini Ianuenſis, cum ſua effigie, inſignibus, & epitaphio. Ioanni Baptiſtæ. A latere dextro frontiſpicij Eccleſiæ iacet humata Domina Camilla Bonuiſia cum ſtemmatibus, ac epitaphio. Camillæ &c. Ex altera vero parte reperitur D. Vincentius parenſius cum eius inſignibus, & epitaphio. Vincentio, Eodem pede ſequitur Capella Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in qua cęteris per pulchris omiſſis inuenitur ſepulchrum Reuerendiſſimi Domini Hieronymi Fuſcari Epiſcopi, cum ſua propria effigie Aenea, inſignibus, & epitaphio, Hieronymo Fuſcaro, &c. Ad hæc ſuccedit Cappella Beatæ Catherinæ Virginis & martyris, cuius ſtatua marmorea pulchre conſpicitur, atq; totum ſacellum aureis coloribus vndequaq; affabre delineatum exiſtit. Non hinc procul apparet ſacellum pietatis Sanctiſſimæ pulcherrimis picturis tanta cum induſtria depictum, vt dignum aſpectu videatur. Quo in loco conſpicitur poſitum ſepulchrum Reuerendiſſimi Domini Bernardini Eluini Epiſcopi, eius Icone, inſignibus, & epitaphio. Bernardino Eluino &c. Poſtea elucet Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Cardinalis Bernardini Lunati conſtructum formoſiſſimum depoſitum Icone propria ornatum, & epitaphio. Bernardino, & c. Aſsidet deinde Sanctiſſimi Crucifixi ſacellum, cuius Altare à Fel. Mem. Pontific. Gregorio xiij. hoc priuilegio decoratum fuit, vt quilibet Sacerdos rem diuinam faciens animas à Purgatorio liberet, vlterius in hoc adeſt pulcherrima Saluatoris Noſtri Chriſti Sanctiſsimi Crucifixi imago, ad manum ſiniſtram iacet ſepultus Dominus Hierònymus Bornia cum ſtemma-

Cappella Apoſtolorũ Petri, & Pauli.

Sacellum B. Catherinæ Virg.

Cappella Sanctiſſimę pietatis.

Sacellum Sanctiſſimi Crucifixi habens altare priuilegiatũ pro liberatione animarũ à purgatorio.

ma.

Capella S. Nicolai de Tolentino.

matibus, & epitaphio Hieronymo, &c. Satis inde videtur Sanɫi Nicolai de Tolentino ſacellum duobus hinc inde ſepulchro perpolitum, in quorum vno ſepultus extat Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſsimus Cardinalis Ioãnes Baptiſta Mellinus, in altero vero reſidet Petrus Mellinus Comes Palatinus, cum effigie, vtriusq; inſignibus, ac epitaphijs. Io. Mellino, & Petro Mellino. Poſtmodum eminentiſsima inter cæteras ſequitur Capella Natiuitatis Beatæ Virginis de Laureto, quæ varijs figuris decoratur, tùm anagliphicis tùm (vt dicitur) opere Moſaico perfeɫis, ſtatuarum vna Abacuch, altera vero Ionæ maximo iuditio, & arte adeo fabre faɫis, vt aſpicientibus admirationem non paruam inferant, quibus duo adijciuntur ſepulchra totam Cappellam perfeɫam reddentia. In ſuper Sanɫi Ioannis Baptiſtæ comperitur Capella, in qua Baptiſterium extat, cum talis ſit Eccleſia parochialis. Poſtmodum duo hæc habet ſepulchra Reuerendiſsimi nempe, ac Illuſteiſsimi Franciſci Abundij Caſtilionenſis, cum Icone, inſignibus, & epitaphio, Franciſco Abundio. Reliquum eſt Reuerendiſsimi Epiſcopi Ioannis Montis mirabilis, cum eius ſimulacro, inſignibus, & epitaphio: hanc prope clareſcit ſepulchrum Petri Medinæ cum epitaphio. In vltima parte Eccleſiæ intra tres valuas hæc reperiuntur ſepulchra, ſcilicet Domini Chriſtophori Prothonotarij, Equitis Heſtoris Maluetij, Reuerendiſsimi Epiſcopi Caroli Trauerſarij, ac potiſsimum Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi Cardinalis Ioannis de Caſtro, Nicolettæ Cattaneæ, ac Stephani Spadij, his omnibus affiguntur effigies, inſignia, & epitaphia. In ingreſſu autem Eccleſiæ omnibus apparent duo famoſiſsima monumenta, primum quippe Illuſtriſsimi Siluerij Piccolominei cum inſignibus, & epitaphio; ſecundum vero

Sacellum Natiuitatis B. Virginis de Laureto.

Capella S. Ioannis Baptiſtæ.

Il-

Illuſtriſsimi Inici Piccolominei Ducis, cum ſtēmatibus æneis ægregiè factis, ac epitaphio. Inicus Piccolomineus. Ex altera vero parte Eccleſiæ apparet Sacellum Sancti Hieronymi in quo primū hæc in marmore legūtur verba, DOMINICVS RVERE CARDINALIS SANCTI CLEMENTIS, CAPELLAM MARIAE VIRGINI GENITRICI DEI, AC DIVO HIERONYMO DICAVIT. Totum hoc ſacellum picturis, & vario figurarum genere decoratum exiſtit. Sepulchrum quoque magni iuditij ineſt, in quo duo Illuſtriſsimi Cardinalis, ac chariſſimi fratres Chriſtophorus, & Dominicus continentur cum vtriusq; effigiè, inſignibus, & epitaphio. Chriſtophoro, & Dominico. Eodem greſſu conſpicitur ſacellum Sancti Laurentij iſtis obſignatum litteris, DIVO LAVRENTIO MARTYRI SANCTISSIMO LAVRENTIVS EPISCOPVS ALBANENSIS CARDINALIS BENEVENTAN. NE MORS DEVOTIONIS AFFECTVM PRAEVENIRET, SACELLVM HOC DICAVIT, DOTAVITQ; Habet præterea elegantiſsimas figuras, duo depoſitā, quorum primū Illuſtriſsimum, ac Reuerendiſsimum Cardinalem Laurentium Cibo, continet, cum eius ſimulacro, inſignibus, & epitaphio. Laurentius Cibo. Secundum vero Reuerendiſsimum Epiſcopum Edouardum Cicadā amplectitur, cum inſignibus, ſua effigie, ac epitaphio, Edouardo Cicadæ. Tertio vero Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſsimus Cardinalis Ioannes Baptiſta Cicada includitur cum icone ſua, ſtēmatibus, epitaphioq;. Ioanni Baptiſtæ. eodem pede reperitur ſacellum Beato Patri Aug. ſacratum, quod

Sacellū S. Hierony.

Capella S. Laurentij Martyris.

Sacellū S. Patris Auguſtini.

qui-

quidem varijs figuris, & omnibus ſuis numeris abſolutum adamuſsim corruſcat. præterea ſepulchro celebri Illuſtriſſimi Domini Ioannis de Ruere, Sixti iv. Fel. Mem. Sororis filij cum proprio ſimulachro, inſignibus illuſtratum, & epitaphio. Ioanni de Ruere. Clariſsimè videtur ſacellum Sanctæ Catherinæ, in quo ſunt aliquot ſanctorũ imagines marmoreæ, ſub quorum pedibus, hæc leguntur in marmore verba. GREGORIVS EPISCOPVS PORTVENSIS SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS PORTVGALENSIS OB MAXIMAM ERGA HOS SANCTOS DEVOTIONEM POSVIT. Amplius adeſt ipſiuſmet Illuſtriſſimi Cardinalis formoſum depoſitum propria cum icone, ſtẽmatibus, & epitaphio. Georgius Cardinalis. Ab altera parte iacet ſepultus Reuerendiſſ. Georgius Archiepiſcopus Braccharenſis, cum ſua effigiè, inſignibus, & epitaphio. Georgius, &c. Huic vero annexum conſtat ſepulchrum Illuſtriſsimi Cardinalis Ioãnis Hieronymi Albani Bergomatis propria eius ſimilitudine ſtẽmatibus poſitum, & epitaphio. Ioanni Hieronymo Albano. Hinc ad Capellam vſq; Sanctæ Luciæ comperiuntur depoſitã varia, quorum primum omni figurarum ornatu, ac inſigniũ, eius quoq; ſimulacri ſplendore eſt decoratum, & epitaphij. Ludouico Podacatano. Itidem depoſitum Reuerendiſsimi Petri Gulielmi Rocca Archiepiſcopi, ſua icone, ſtẽmatibus clarum, & epitaphio. Petro Guglielmo Rocca. Eſt inſuper Reuerendiſsimi Domini Ioannis Orteghæ Epiſcopi, illuſtris equitis Marci Antonij Bertonij Romani cum ſuis iconibus, inſignibus, & epitaphijs. Ioan. Orteghæ, & Marco Antonio: ſacellum tandem Sanctæ Luciæ loco anguſtum, ſed magna deuotione ampliſsimum; vt

Capella S. Catherinæ Virginis.

vota

vota oculorum tùm argentea, tùm aurea ſatis apertè teſtantur. Ad dextram iacet Domina Martha inſignibus,& perfulgens epitaphio.Dominę Marthę:& vt multa in pauca conferam,hiſq; finem imponam; omnes huiuſce Eccleſiæ Sāctæ Mariæ de populo parietes,columne,tota deniq; Eccleſia vndequaq; inſignibus(potiſsimum Sixti quarti) iconibus,epitaphijs,votis,& donarijs colluſtratur,Illuſtriſſimaq; redditur : pauimentum etiam ferè totum ſtratum videtur lapidibus marmoreis, ſtēmatibus,figuris, ac epitaphiis,ſub quibus tùm Illuſtriſsimi Cardinales, vti Illuſtriſsimus Cappacius,Sebaſtianus Pighinus, Auguſtinus Triultius, Ferdinandus Flores, & alij permulti. Nicolaus de Fliſco, tùm Illuſtriſsimi viri cuiuſlibet ætatis, cuiuſq; nationis, & Patriæ, cuiuſcumq; gradus, & dignitatis : tùm Illuſtriſſimæ mulieres veluti, Illuſtriſsima Hortenſia Columna,Alfonſina Vrſina,Hortenſia Mellina commorantur. Quis igitur eſt,qui non videat,quàm deuota, & Illuſtris euadat Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo?ſed vt ſermonem meum ad paulo altiora canenda conuertam,ad Altare maius ipſuiſmet Eccleſiæ accedam ; & quamuis multa, & prope infinita Altaris maioris recenſenda ſint ornamenta, omnia tamen breuitatis cauſſa ad tria ornamentorum genera reducam.Primum enim inter cæteras veſtes ſacras,vel (vt aiunt) paramēta multa ſunt, & pulchra valdè : quia ſerico, auro, & argento contexta, vnum maximè elucet pluuiale vnionibus, & cæteris aureis inſignitum, à Fel. Me. Sixt iv. huic ſacratiſsimo templo oblatū. Nec minori præſtantia expendenda ſunt,quę Illuſtriſſ.Card.Scipio Gonz.ſuū totū ſacrarium euacuans Virgini Sanctiſſ. erogauit, vt illa bene ferunt teſtimoniū, tum in ſacrario,tum in Altari maiori poſita, & alia à ſummis Pontificibus, Illuſtriſſ. Cardin. Regibus, Ducibus,

Tria Eccleſię ornamēta numerātur.

Scipionis Gonzaghæ Cardinalis Illuſtriſsimi donaria.

C Mar-

Marchionibus,& alijs ge n eris omnis necnon idipſum altare candelabris argenteis, Crucibus, vaſis, & vniuerſis tandem altari præcipuo congruentibus, reſplendet. Secundo loco exponuntur Sanctorum reliquiæ hinc inde in ſolemnitatibus perſiſtentes, quæ potiſsime exornant, & douotiſsimum efficiunt Altare, nedum totam Eccleſiam; Sunt autem quæ infra ſubſcribuntur. pro feſtis diebus in ſacello Sanctiſsimi Crucifixi, in ſex reliquiarijs deuotiſſime aſſeruatæ, nempe Sancti Fabiani Papæ, & Martyris, S. Stephani Papæ, & Martyris, Sancti Neemeſij Martyris, Sancti Priſci Martyris, Sancti Ananiani Martyris, Sancti Iauriſij Martyris, Sancti Preſciliani Martyris, Sancti Archilei Martyris, Sanctorum Martyrum Vincentij, & Anaſtaſij, Sancti Sodalis Martyris, Sancti Maximi, Sancti Euſtachij, Sancti Thomæ Apoſtoli, Sancti Bartolomæi Apoſtoli, Sancti Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini. De brachio Sancti Sebaſtiani, Digitus Sancti Pamphilij Martyris. De capite Sancti Caliſti de Capite Sanctæ Lucinæ Virginis, de brachio Sancti Chriſtophori Martyris, De Septem Sanctis Dormientibus variæ reliquiæ, totum os vnius Tibiæ Sancti Gabini Martyris; os vnius brachij Sancti Ignatij Epiſcopi, & Martyris, Sancti Ioannis boni, Sancti Petri Apoſtoli, Sanctæ Anaſtaſię Virginis, & Martyris, Sanctæ Catherinæ Virginis, & Martyris, Sanctæ Claræ Virginis, Sanctę Barbaræ Virginis, Sanctæ Aphræ, Sanctæ Vrſulæ, & aliorum plurimorum Sanctorum Apoſtolorum Martyrum, Confeſſorum, atquæ Sanctarum Virginum reliquię ibi continentur, ac aliæ multæ quorum nomina ignorantur, Poſtremo Deipare Virginis Sacerrimæ mirabiliſſimā, ac ſpecioſiſſimam Imaginem, quæ præ cæteris vniuerſum illud templum ſplendidiſſimum, prætioſiſsimum

Sanctorum reliquiæ recenſio.

atque frequentiſsimum omnibus propè nationibus, gentibus, familijs, tam minimis, quam magnis reddit, ſequenti capite pro viribus enarraturus ſum præſto.



POPVLO

# DISCVRSVS IN ADMIRABILEM, AC INSIGNEM S^mae VIRG. MARIAE DE POPVLO IMAGINEM.

SI Imperatorum, ac Imperatricum Imagines, Regum, ac Reginarum effigies, Ducum, Principum, necnon cæterorum vtriuſque ſexus ſimulachra, quæ à manu pictoris colores coloribus commiſcentis affabrè ſunt effecta, nihil emolumenti, frugis, & vtilitatis (prçter oculorum delectationem) afferunt; attamen tanta cum diligentia conſiderantur, & mira attentione circumſpiciuntur; rationi quidem conſentaneum eſt, vt maiori ſtudio, & ſingulari cura illæ perſpiciantur Imagines, quæ citra magna oculorum oblectamenta, innumera propè bona ferunt, & largiuntur, quales ſunt Sancti, & Sanctæ Dei Omnipotentis manus viuæ, & veræ effigies, quorum non modo corpora, nomina, res præclarè geſtas, opera glorioſa, ſacraſque Reliquias ſatis admirari, & admirantes triumphando celebrare debent mortales, verum quoque imagines illorum, præcelſæ figuræ ſummo honore, & veneratione dignæ cenſentur; cum intellectum, propriumque affectum à figura ad figuratum, à ſigno ad ſignatum, ab exanima pictura ad viuam formam deferant. His enim fidelium ſpiritus ſopore excitantur grauati, pectora ca- Vtilitates ex Imaginũ SS. viſu ꝓcedentes.

leſcunt

leſcunt gelida,ac intus rigentia multorum,qui templa ingrediuntur, ſacra, imaginum Sanctiſſimarum viſu de repente ad ſuſpiria, planctus teneritatem flebiliter corda mouentur, ſimulque erga Deum ardenti inflammantur amore. Magnus ſanè Pater meus hæreticorum malleus, fundamentum Eccleſiæ Auguſtinus Sanctus, de ſeipſo planè fatetur imaginem quamdam ſacrificij Abraham in ſuo ſtudio poſitam, quam ſæpenumero videntem ad lachrymandum amarè prouocaſſe. Plurimum certè intereſt, (vt veritatem perhibeam) vtiliſque eſt hic ſacer, & Sanctus Imaginum vſus. Honor enim,qui illis debetur, & monſtratur, ijſdemmet ſanctis, quos repræſentant, defertur. Itaque effigies Domini Noſtri Ieſu Chriſti,ac ſuę Sanctiſſimæ Crucis cultu latriæ ſoli Deo debite honorari, & adorari debent. Illæ Sanctorum, qui in illos Dei amicos exiſtentes aptè conuenit honore duliæ coli, & adorari debent. Imagines vero Virginis ſacratiſſimæ adorentur, & venerentur oportet adoratione Hiperduliæ, quæ multo maior eſt illa duliæ, veneratione; latriæ vero minor, atque hæc Beatiſsmæ Virgini, (vt teſtatur Doctor Angelicus) quia Mater Dei eſt candidiſſima, debetur, verum non parua quærunt quidam percunctantes, cur in vna magis quàm in alia? imagine, aut cur hic, quàm alibi miracula creduntur? lux Doctorum Pater meus Auguſtinus eximius iſtis doctè, & diuinè, quam humanæ potius reſpondens ait, non modò in inuiſibilibus rebus, verum etiam in uiſibilibus, & in ore hominum verſantibus neminem poſſe diuinam ſapientiam perſcrutari, & exemplum affert, quod Deus vno in loco miracula faciat magiſquam in alio, parum tua refert, ſatis eſt (inquit hic celebris Pater meus Auguſtinus) ſcire ea Deum ordinare, & in illis intelligentiam ha-

Exēplū Sāctiſsimi Pa tris Auguſtini.

Sacrarum Imaginum vſus vtiliſſimus.

Cult' latrię

Cult' duliæ

Cult' hiperdulię cui debeantur.

Quorundā obiectio.

Diui Pris Auguſt. reſ.

bere

bere præ maiori illius miniſterij amplitudine. Alij dixere Deum ædere miracula, quia talia loca fide indigent, vbi huius imagines facientes miracula exiſtunt. Alij verò dicunt, quare in vna magisquam in alia figura Deus facit miracula? hoc ipſum euenit propterea, quod aut quia eorum opifex fuit homo ſanctus, Deoque valdè gratus, aut quia aliquo tempore in manu extitit, & poteſtate alicuius Sancti. Sanctiſſima, glorioſiſſima, & mirabiliſſima eſt, & ſemper erit Imago Sanctæ Mariæ de Populo Romæ ab Excellentiſſimo ſecundum naturam Euangeliſta Sancto Luca depicta, prout admodum Reuerendus Pater Frater Iacobus Philippus de Bergomo Ordinis Hæremitarum Sancti Auguſtini Congregationis obſeruantiæ Lombardiæ in Lucam teſtatur dicens. Propter familiaritatem, quam iugiter Lucas cum Beata Virgine habuerat, (Damaſceno teſtante) eius imaginem ſibi depinxit, & apud ſe habere voluit, quæ nunc Romæ apud Sanctam Mariam de Populo maxima veneratione, frequentiaque inuiſitur, ac cuſtoditur. Nos addimus ſibi innumera quotannis deſcribi in tabulis miracula, vt diſcere quiſque poſſit pietatem erga huiuſmodi imaginem, non deuotionem tantummodo excitare, verum etiam ſumma beneficia, Deo miſerante, conferre. Hoc idem refert etiam Simon Maiolus centuria prima, in defenſione ſacrarum imaginum, idem etiam confirmant ſcripta Platinæ, qui multa de ſacris imaginibus præſcripſit, vbi oſtendens tradit, quod Sixtus IIII. pluribus monimentis imagines colendas docuit. Eluxit autem inſigniter ſacrarum imaginum cultus in hoc Sixto. Cum Romæ in ſacra æde diuæ Mariæ de Populo, Beati Lucæ pictura quædam Virginem Mariam referens maxima veneratione ſeruetur, Sanctiſſimus hic Pontifex ampliſſimum, ornatiſſimumque templum extru-

Aliorũ reſponſiones.

Obiectio.

Reſpõſio.

R. P. Fr. Iacob⁹ de Bergamo in Lucam.

Imago S. M. de Populo à S. Luca depicta.

Simõ Maiolus cent. p.

Platina in Sacrarum Imaginum defenſione.

xit,

Simõ Mai. Idẽ refert cent. 15.

xit, ad pietatem erga huiuſmodi Imaginem confirmandam, vt ex apendice conſtat, quę ante annos centum adiecta eſt ſpeculo hiſtoriali Vincētij Beluacenſis. Hoc idem indubitata fide docent Summi Pontifices, ac Sancti Paſtores Romani, & præſertim Græ gorius Nonus, & Sixtus quartus in breuibus Indulgentiarum ab illis ei Sanctiſſimo loco conceſſarum; nihilo tamen minus in amicorum deuotorum nutum, & in clariorem huius rei notitiam ea narrabo dumtaxat, quæ vno ore Doctores vniuerſi de Maria Virgine dixerunt, & omnia in hac imagine (quod eius fieri poterit) extare videbuntur. Principio ferunt eam fuiſſe aſpectu pulcherrimo, ac grauiſſimo, aſpectumque pueri Ieſu ſimilem eſſe illi Matris Sanctiſſimæ: Nicephorus, Calixtus, Sixtus Eccleſiaſticus, ac Caniſius Beatiſſimam Dei Matrem cæruleis veſtibus indui, palij extremitate, caput operire ſolitam aſſerunt. Quod autem ad perſonæ formam attinet, coloris oleacei fuiſſe tradunt, idcirco ſapiens in canticis Mariæ perſonam ſuſtinens, loquitur, & ait, Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Amplius mediæ ſtaturæ fuit, faciem tenuit oblongam, maieſtate plenam, oculos nigros, ac recti viſus, oculorum ſupercilia nigra, arcuata. Habuit naſum longum, venuſtiſſimaque proportione inſignitum, ac paruum; labia eleuata, ac mirè rubentia, dentes paruos, atque candidiſſimos, capillos aureos, prolixas manus, digitoſque, & reliquum corporis belliſſimè compactum, nec modò alia referam de pulchritudine, & ſpecioſitate Deiparæ Virginis, niſi, quod de Dioniſio Areopagita memoriæ proditum eſt, qui cum ſemel viſum duceretur honeſtiſſimam Dei Matrem, primo quo illam vidit intuitu, vociferatus eſt, & dicens proclamauit. Si vnus mihi Deus compertus non eſſet, hanc diuinitatem ipſam fore

Pontificum maiora teſtimonia.

Corporis Virginis deſcriptio.

*Can. 1. B*

Aſpect' Virginis Marię à Dioniſio laudatur

teſta-

ceſtaret. Hinc deuoti, (quibus oratio habetur) facilè conijcere, & dilucidè cōſpicere poſſunt, quàm ſit hæc imago perpulchra, decora, illuſtris, & formoſa, exemplari non abſimilis, Sanctę Dei Matri conformis, ipſiſquemet Mariæ eadem; extitit diutiſſimè hæc famoſiſſima, ac Sanctiſſima Imago in Sacrario Sancti Ioannis Lateran. idq; temporis conſuetudine receptum apud Summos Pontifices erat, tempeſtate magnæ calamitatis, & anguſtiæ, belli, perniciei, peſtilentiæ, aliorumque malorum præcelſam hanc & reuerendam effigiem honorificè in proceſſionibus circumferre, & protinus (vt crebrò experimentum oſtendit) voti ex animi ſententia compotes erant. Gręgorius foel. record. nonus anno 1227. cum ineffabilem miraculorum multitudinem proſpiceret, quæ Deus ob ſuam Sanctiſſimam Matrem operatus fuerat, & iugiter infinita omnium admiratione faciebat in ſacro, & venerabili Templo Sanctæ Mariæ de Populo, & in ſemetipſo præcipuas gratias, ſingulareſque fauores perceperat, Dei honoris, diuæque Virginis puriſſimæ omni zelo plenus, & cupidus, quo illius ſacri Templi deuotio (licet magna foret) augeretur, tempore maximæ contagionis ſpontè amouerat illam Sanctam Imaginem, & in proceſſione, Illuſtriſſimorū Cardinalium Collegio, totoq; Populo Romano eam deuotè comitantibus, ad præfatam Eccleſiam de Populo detulerat. Quam poſuit ſuper Altari maiori, tùm omni ſpiritu, & pietate Miſſam celebrauit. Hincq; paucis diebus (beneficium ſanè vnicum) curati, liberati omni morbo peſtifero, & exitiali fuerunt, nec illinc deinceps mirabiliſſima Imago, mota eſt, vbi locata fuerat, ſed vniuerſi nimirū Pont. eam in maxima veneratione habitā creberrimè inuiſerūt. Quod quilibet cōiectare poterit ex ampliſſimis Indulgentiarū theſauris, & aliarū gratiarū,

Pont. Max. Græg. IX. 1227.

quibus nunquam non colendum illum Sacrum locum, vt hæc ſequentia pauca legenti patebit, proſequuti ſunt.

Cum igitur hæc ſpecioſiſſima, ac pientiſſima Imago facta, & depicta à viro tam Sancto, tamque probo, multoque tempore diuino, & in excelſo loco magnificata, totq; Pontificibus Romanis venerata fuerit, cui mirum videri debebit, ſi adeò illuſtris, glorioſa, & in miraculis ædendis vberrima; De quibus (quo me capiant omnes) ipſe primùm miracula ſupra naturalia inſueta, & contra naturæ ordinem primarium eorum opificem eſſe Dominum Deum Omnipotentem ratum habeo, qui facit (teſte propheta) mirabilia ſolus, vt in his oſtendatur magnitudo, clementia; præ intelligens maioribus illis rebus, vt potè iuſtificationẽ multorum fidelium, aut infidelium conuerſionem, & alia id genus ſimilia, atque ab huiuſmodi operibus (quamuis ad ſuam virtutis magnitudinem, & excelſitatem pertineant) tamen non excludit miniſteriũ ſuarum creaturarum, vt paulo ante diximus, imò illis ad eas; & honeſtandas, & nobilitandas, quatenus honore, & nobilitate dignæ videntur, vtitur; quod & hoc veritatem habeat, ecce in maiori, & altiori miniſterio, fine, & cauſa omnium miraculorum, quæ Dei ineffabilis incarnatio exiſtit, conſenſu, & puriſſimis Mariæ Virginis vſus eſt clauſtris: necnon infirmis ſanitatem recuperantibus mirabiliter vmbra Sancti Petri præſto fuit; hac enim ratione cũ minimis cauſis admirandos producat effectus, clarius altitudo, & omnipotentia Illius, ſimulque parum in executione Diuinæ voluntatis egere creaturis, apparet, iuxta illud Iſaiæ, omnes gentes quaſi non ſint in conſpectu tuo, hocque affert, vt ſecundum ipſum omnis honor, & gloria creatori referatur, concedens tantummodo creaturis partitatem nomine tenus, non re

*Deus miraculorũ primus opifex* *Pſ. 71. D*

*Incarnatio filij Dei finis omniũ miraculorũ*

*Iſa. 40.*

fa-

faciendi miracula, atque pro hac doctrina ingenuè fatemur Imaginem Dominę noſtræ de Populo Vrbis ædere miracula, eamdemque met Virginem inuiolatam Matrem Dei Mariam Sereniſſimam facere miracula, ac Saluatorem noſtrum, qui ex ea natus eſt, mirabilia magna efficere, porrò imaginem veluti inſtrumentum, aut pene inſtrumentum, Virginem tamquam mitem, clementem, benignam deprecatricem, matremque miſericordiæ; Dominum, vt proprium, primum, & principalem illorum factorem, qui ſe ſolo, nullo manum porrigente, efficere valet, docemus; ſi verò de miraculis accuratè, quæ paſſim eduntur, ratiocinemur, maiorem certè fieri partem Dei Matris amore dilectiſſimæ facilè erit videre, cuius potentiſſimus Deus magnam meritorum virtutem, fauorem, & gratiam, quam coram Deo ęterno illa ſibi parauit, nos aſpicere, & intueri cupit. Si quidem tanta eſt, beneficiorum vbertas, donorum affluentia, ac vt vno verbo ſingula complectar, tantus eſt limpidiſſimus meritorum fons, quę miſelli homines ſuo vnius ſtudio, ac interceſſione in terris degentes ſuſcipiunt, vt nihil amplius illis impoſſibile receptu relinquatur. Prǽterea Deus vult nos examinare puritatem, & eminentiſſimam vitæ, qua in hac terreſtri vixit machina, Sanctitatem, & oppidò deſiderat nos ſuam charam matrem diligere, ſuoque perpetuo, puriſſimoq; candore niteſcere, ſuam humilitatem incomparabilem ſequi, conformitatem in omnibus ſuis præclarè actis, & dictis ad voluntatem diuinam, & ſuam ardentiſſimam charitatem cum infinito Dei amore coniunctam habere. Hinc iure optimo meruit non ſolùm inexplicabilem gloriæ, & perennis coronæ triumphum, quem ſine fine iucundè, ac fœliciter eminentius omni creatura poſſidebit in cælo, ſed etiam hic inferius in Eccleſia militanti multò

*Imag. Virginis Marię de Pop miracula fiunt*

*Maior pars miraculorũ Virgine intercedente fit.*

*Gratiarum Mariæ exaltatio.*

*Quid à nobis Dei Virgo requirat.*

maiori dote meruit locupletari, exornari, atque apprimè decorari omnibus illis priuilegijs, gratijs, & prærogatiuis, quas ſolet Deus ſuis Sanctis concedere viuentibus, & morientibus, poſtque ſui dici obitum, quorum vnum (quod primùm fortè putatur) eſt miraculorum coruſcatio. Ex quibus colligitur numquam fore tot, ac tanta glorioſæ Virginis numerata miracula, quin multò plura credi valeant, propter quod ſi famulos ſuos Deus pientiſſimus fideles, quia ſanctitate fulſerunt, tantis fauoribus donat, vt non pauca illorum ſcripta, & tractata miracula fuerint, cur non firmiter, & ſyncere nos credemus Sanctorum ſanctam, dominorum omnium Dominam, & aduocatam Matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti his atque multò amplioribus gratijs, & conceſſionibus exaltaſſe? ita ſanè. Nonne illi fauit? nonne illi omnia præbet ſine dubio Deus? quinimo perſuaſum certò habeo tantam prodigiorum copiam, & multitudinem eſſe, vt ex his quamplurimi nedum infiniti compaginarentur libri; nec ideo quis vnquam ſibi bona fide laudi vertere poterit, quod omnia fuerit ſigna complexus, imò non difficilè magis numerum arenæ maris haberi, arborum foliorum, guttarum aquarum, cæliquè ſtellarum, quàm mirabilem miraculorum manum Mariæ Sanctiſſimæ dijudico. Quàm nam gratiam clariſſima mundi Protectrix Domina Lauretana non præſtitit? illa Montiſſerrati? illa Guadalupi? illa Sacrarij Toleti? illa pellarij? illa Epidauri, Montis Regalis, Sauonæ, Appuæ, Mantuæ, Strezzani, Carauaggij, fauentiæ, Raudæ, Regij, illa inſignis Caſtri Mediolani, Nontiatæ Florentiæ, illa magnifica de Saxo in diui Auguſtini ædibus, ac illa Sancti Petri, ambæ lucæ; illa coronatæ Genuæ, illa Crucis in territorio Cremæ, & illa præ cæteris ſplendidiſſima Regina, ac Domina Sancta Maria de

Deip. Virg. miracula innumerabilia

Variæ Virg. Mariæ Imagines miraculis coruſcantes.

Populo Vrbis? vt demum hic modum dicendi faciam, cum præſertim eius cauſa quot grates, quanta dona, quot fauores, quāta merita perinde Populo Romano fecerit ac toti terrarū orbi, cōmemorem: quandoquidem ( vt meridiana luce clarius extat ) ipſam ſuppliciter inuocantes, ac demiſſe præcantes, ægri penè innumerabiles, cæci, ſurdi, muti, ligati, veneficijs infecti, faſcinati, immundo ſpiritu obſeſsi, omniq; malorum genere cruciati planè reualeſcebant, cumq; arte, aut natura liberari nequirent, deprecatione beatiſsimæ Virginis de Populo ſoluti, & penitus curati fuerunt, exinde non ſunt numero compræhenſi demonio vexati maligno, in priſtinam ſanitatem reuocati, captiui redempti, mœrentes ſolatij nectare diuini confortati, Pauperes, & miſeri adiuti, & eleuati, infirmi benè confirmati, omnes deniq; quotquot ſunt fauore, & gratia altiſsimæ Virginis Deiparæ veneratæ, cultæ, & adoratæ in eius prætioſiſsima effigie de Populo malis exempti ſunt. Clarum namq; ſine controuerſia teſtimoniū perhibent donaria hinc inde affixa, ditiſsima Sacerdotum veſtimenta, nec non reliqua templi, & Altaris lucidiſsima ornamenta, votorum tam auri, quam argenti multitudo quæ Virginem in Paradiſo triumphantem (ò magna laus Romæ) circunſtant tanta ſpectrorum copia, quædā depicta, quædam anagliphica tàm hominum, quàm mulierū, & alia lignea, alia cerea, varijs ſignis, quibus alij torti, ſimulq; tormentis admoti, quidā carceribus addicti, alij graſſatorū lacu irretiti, quidam venenati, alij vulnerati, alij opprobrio dati, quidā ab aquis & ignis incendio læſi, alij peſte, bello, penuria, aut alia calamitate oppreſsi præferuntur, atq; nonnulla diuerſis ſignis vulnerum, haſtæ, lanceæ, ſagittarum, & aliorum eiuſdem generis mortalium; quæ interceſsione illius dulciſsimæ Sanctę Mariæ

Multæ gratiæ varijs à S. M. de populo cōceſſæ.

Per multa donaria & multas gratias arguūt.

de Populo ad vnguem cęleſti medicina curata ſunt. Quamobrem omnes fere templi parietes iiſdem Trophæis,votis, & ſignis pro attalicis tapetibus ex ordine decorati sũt, ita vt (ob deuotiſsimum quem faciunt orantibus aſpectum) nemo virorum ac mulierum eſt (modo aliquo pietatis, & deuotionis ſpiritu ſplendeſcat) hanc celeberrimam; & famoliſsimam ingredientium Eccleſiam,ac ſuauiter contemplantium tot,ac tanta vndequaque poſita ſigna, & euidentia miraculorum argumenta,quorum illico mens igne diuino non accendatur omnino ardentiſsimo, cor non conflagret amore, non prorſus intenereſcant viſcera,pectora palàm non pandantur,ad ſuſpiria alta ducẽda non commoueantur vbere lachrimarum fluxu oculi ad plorandum, ſummè flendum, & crimina amare plangendum,& tandem eorum ſimul omnium linguæ non exoluãtur,& ora in laudem,magnificentiam, & in Dei laudabilis benedictionem, ac ſe magnopere Virgini Clementiſſimæ commendantes in hæc aut ſimilia verba collachrimantes prorumpant, O Maria, O Maria Sanctiſsima ab omnibus generationibus ſemper benedicta Mater Dei caſtiſsima, vnica mundi Domina, Sereniſima Regina cæli,ſpes noſtra dulcis,fidelis noſtra protectrix,tuo nos reconcilia filio,noſq; tuo dilecto (ò ſola Virgo Deipara) commenda vnigenito, & nos illi ſiſtentes affer, Concede nobis (quæſumus) per gratiam quam dignè impetraſti, ob magnas illas prærogatiuas, quas abundè meruiſti, ac per miſericordiam,quam mundo peccanti peperiſti, vt is qui noſtræ debilitatis, & miſeriæ voluit eſſe particeps, ita tua ope,tuo ductu,tuoq; fauore nobis in ægeſtatibus ſit præſto, peccatis ignoſcat velim noſtris, atq; in extremo vitæ communicet nobis beatam gloriam ſempiterno tempore duraturam.

Oratio ad Virginem.

## *Auctoris ad Deiparam Virginem de Populo Exaltationis S. R. E. exorandæ cauſa.*

## *Oratio.*

NVNC mihi indigne oranti (Beatiſſima Virgo) reliquum videtur, vt tuum per quam optimum auxilium in Sanctę Matris Eccleſiæ erectionem obtinendam implorem, & id merito ſanè exorandi gratia ad te vnicam deprecatricem cõfugio. Nam ea in primis es, quã omnibus mortalibus ex animi ſententia dona gratiarumceduntur innumera. Tu (inquam) ea es apud Deum gratiæ princeps, atq; Angelo Gabriele Nunciante, inuentrix. Quo circa Diuus Bernardus te omni poteſtate in cælo, & in terra ampliſſimè adeo donatam fuiſſe aſſerebat, vt quæcumq; optaueris ea perfectè conſequi valeas. Tu Regina, & Mater illa chariſſima prædicaris, quam filius dilectiſsimus benignè compellans ait, Mater mea ſpecioſa pete à me quod vis, neq; enim fas eſt, vt meam auertam à te faciem. Tu Deniq; in conſpectu Dei meritorum vndequaque plena, ſalutaris. Hinc Bernardus tribulationibus oppreſſos alloquẽs dicebat ſecurũ habemus acceſſum ad patrem, vbi mater ante filium, filius ante Patrem, mater oſtendit filio pectus, & vbera, filius oſtendit patri latus, & vulnera, nulla ergo poterit eſſe repulſa vbi tot occurrunt claritatis inſignia. Itaq; efficias velim Domina præpotens tuis ſaluificis Interceſsionibus, quo vniuerſi Chriſti fideles in decorem, & ornamentum corporis ſcilicet Matris Eccleſiæ, ad opera fidei cõuenientia bene ſeſe accingãt.

At ſi aliquando deficere contingat, tu eos ſubleua labeſcẽtes, molleq; peccatorum libera, veluti ægritudinibus corporum plures curare, eximere penitus hic, & alibi conſueuiſti: item & imitare filium tuum Saluatorem Noſtrum, qui dum in terris moratus eſt, ægros quam plures, & ſatis languentes tùm ſpiritù, tùm corpore curare dignatus eſt. Eia igitur virgo Sanctiſsima vigila, attende, & ad Sanctæ Eccleſiæ exaltationem incumbe, vt quatenus tuo fideles interuentu ob grauia facinora, vel rebellium perinde ac Ethnici, & Publicani ab Eccleſia ſpirituali excommunicationis gladio ſecluſi, & eiecti, ac veluti membra ipſius putida à corpore abſciſſa reſipiſcant, & humiliter abſolutionem, & priſtinam communionem efflagitantes, eidem Eccleſiæ citius vniri contendant. Adſis, & mihi alma Regina famulo tuo omni humilitate, ac intimo cordis affectu patrocinia tua inuocanti pro hæreticis cuiuſcumq; nominis, qui vt ab erroribus vniuerſis emergant, ita ad Sanctam Romanam Eccleſiã celeri greſſu venire percupiant, hancq; ſolam veram eſſe Eccleſiã apertis oculis videant, quæ à filio tuo Ieſu Chriſto Seruatore noſtro; deinde ab Apoſtolis verbo, & doctrina plantata, admirandisq; operibus, & miraculis penè infinitis confirmata conſiſtit.

Conuerte Inſuper oculos tuos (Pientiſsima virgo) ſumma miſericordia plenos ad corda Iudeorum diabolica fraude obcæcata, vt lumen fidei in Eccleſia ſplendens, & refulgens, tuis adiuti ſuffragijs, te duce, Illuſtrati lumine veritatis planè cognoſcant, ac ex imo pectore fateantur in Sancta Eccleſia Apoſtolica veram eſſe fidem, quam niſi quiſque integram Inuiolatamq; ſeruauerit, proculdubio in æternum peribit; utq; animo hanc eſſe fidem percipiant, quã prophetæ Apoſtoli, & Euangeliſtæ quicquid de Chriſto docuerunt, ac ſcripſerunt, creditur, quo de-

mum venerandæ non parua dulciſſimum filium tuum humanæ ſalutis auctorem proſequantur hinc mirum in modum S. M. E. letitia magna geſtiens, gaudio gaudens ingenti exaltabitur, & ad cœlos tollet vſq; ac ſuper quā credi valeat ſummus Eccleſiæ Paſtor, & Rector tuiq; dilectiſſimi filij Domini Noſtri Ieſu Chriſti, in terris partes agens Clemens octauus mira lætitia Sanctè perfundetur, ac lætabitur, At vero quo tanti Paſtoris vota aſpirant? quo tanti Rectoris? quo tanti Vicarij præclaræ actiones? quo tanti Pontificis tendunt ſuſpiria? non alio equidem ſpectant, quam ad hanc vnam exaltationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſibi commiſſæ, vt illa iugiter creſcat, & noua ſemper fecundetur prole? Tu (virgo prudentiſſima) quę perfectè rem ita ſeſe habere cognoſcis negotij ſummam contēplare; & quo pacto nobiſcum fortuna agatur vide, age cauſam noſtram cum Iam Idem ſummus Pontifex Clemens de ſuo maximo munere obeundo intra ſacrarium tuæ pietatis crebras admittat præces quibus te intercedente, te deprecatrice apud dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum Sancta Eccleſia prætioſiſſimo eius ſanguine fundata ac communita deſtructis erroribus aduerſis omnibus repulſis a ſolis ortu ad occaſum vſque luceſcat, agnoſcatur ac ſimul veneretur, itaq; tua vnius ope Regina cœli, & domina Angelorum Sanctiſſimus Pater, & Beatiſſimus Paſtor Clemens cui Deus non ſine præcipuo tuo vnius ſuffragio imo tuo merito conceſſit, vt ſuas paſceret, oues ligaret ac ſolueret, cœlum panderet, & os inferni occluderet, ſentiat Eccleſiæ Sanctæ incrementum quo magno plane gaudio reficiatur, tuis tot meritis (Beatiſſima Virgo) Deus illum feliciſſimis ſeruet auſpicijs, longam ætatem exigat atq; rite ſui prorſus compos euadat. Te Duce demum (cæteris omiſſis) Deus

Omnipotens Clementem Patrem,& hominum Paſtorem Clementiſſimum vna cum grege ſibi credito ad portum fœlicitatis æternæ deducere dignetur.

## *Dies in quibus miraculoſa Imago ſacerrimæ Virginis Mariæ de Populo ab omnibus perſpici poteſt.*

IN. Feſto Conceptionis eiuſdem Beatiſſimæ Virginis.
In feſto Natiuitatis Domini Noſtri, & per eius octauam.
In feſto Epiphaniæ.
In feſto Purificationis Beatæ Virginis.
In feſto Aſcenſionis Domini noſtri.
In feſto Pentecoſtes.
In feſto Viſitationis Beatæ Virginis.
In feſto Aſſumptionis eiuſdem Deiparæ Virginis.
In feſto Natiuitatis, & per eius octauam, quia eſt feſtum Principale illius deuotiſſimæ Eccleſię.
In feſto Sancti Lucæ, qui illam Sanctam pinxit Imaginem.
In feſto omnium Sanctorum.
In feſto Sancti Iacobi Apoſtoli.

Inſuper conſpicienda monſtratur hæc Sacra Imago cum magna deuotione, & fidelium populorum concurſu Feria quinta, poſt tertiã Dominicam quadrageſimę hoc ordine habita quippè maiori Miſſa; incipitur vna ſolemnis, & deuota proceſſio, quą quidem expleta, Altaris miniſtri, ac alij omnes genibus flexis ante ſacram Imaginem deuotè perſiſtentes patres, ac cantores cum organo

canere incipiunt Antiphonam Salue Regina, & dum canunt, ò clemens, aliquantulum Imaginis Virginis apparere incipit, dum verò dicunt, ò pia, illius dimidium videtur, dum tandem canunt, ò dulcis Virgo Maria, tota omnibus Beatiſſimæ Virginis, & vnigeniti ſui panditur figura, & tandiu à ſingulis cernitur, donec venerit dies martis poſt octauam Reſurrectionis dominicæ, hiſque diebus omnes Chiſti fideles per multas, ac magnas conſequuntur indulgentias viſitantes illam perilluſtrem, & deuotam Imaginem, ac Eccleſiam. Nec poſſem ego ob id vnquam verbis explicare multitudinem, ac frequentiam magnam virorum, ac mulierum per plateam proficiſcentium per ſcalam ante ſacram ædē collocatam genibus flexis aſcendentium, atque illud ſanctum templum Deiparæ Virginis reuerenter ingredientium, nec propterea vllis poſſem conſequi verbis, quot orationes, quot Miſſas, quot ſacrificia, quę (eo potiſſimum tempore) à Summis Pontificibus, Illuſtriſſimis Cardinalibus, Reuerendiſſimis Prę latis, ac id genus alijs deuotiſſimis Religioſis ante ipſam ſacram Imaginem peraguntur, ac tandem nil eſt magnificentius, glorioſius, nihilque magis excelſum tanto hominum congreſſu, quo nil ad deuotionem excitandam, Religionemque fidei peragendam requiri videatur.

*GRATIARVM AMPLISSIMVS THESAVRVS A Varijs Summis Pontificibus Romanis deuotiſſimæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo elargitus.*




ALTARE Maius, quod adhuc extat vbi nux erat conſecrauit, multaſque Sanctorum Reliquias in eo collocauit, ac plurimas Indulgentias, vt infra

patet Auguſtiſſimæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo conceſſit, &c.

Ad honorem Omnipotentis Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ hæc Sanctiſſima Baſilica de Populo, fuit à Populo Romano à fundamentis erecta, & ob id Sancta Maria de Populo venit nuncupata, in qua quidem Eccleſia infraſcripta, multaque alia Sanctuaria conſtituit in primis ſummus ille Pontifex Paſchalis, qui Altare maius cum decem Cardinalibus quatuor Archiepiſcopis, Epiſcopis decem, alijſque quamplurimis prælatis conſecrauit infraſcriptas in dicto Altari condidit reliquias, videlicet de Domini noſtri Ieſu Chriſti vmbilico, de Virginis Mariæ lactæ, & veſtimento, ac etiam de capitis eius velo, & prædicta in capſula eburnea recluſit, & de ſuper poſuit de ligno ſanctæ crucis, & hæc omnia in criſtalli phiala recondita ſunt, modo in dicta capſula eburnea, de oſſibus Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, intus conſiſtunt de puluere oſſium Beati Ioannis Baptiſtæ, de oſſibus Sancti Andreæ Apoſtoli, de Sanctæ Mariæ Magdalenæ oſſibus, & S. Sixti Papæ, & Martyris, S. Laurentij Martyris SS. Quadraginta Martyrum, S. Agnetis Virginis, & Martyris, SS. Ruffinæ, & Secundæ Virginum, & Martyrum, S. Stephani Papæ, & Martyris, S. Stephani Prothomartyris, SS. Hippoliti, & Sociorum eius, S. Ceciliæ Virginis, & Martyris, S. Tiburtij Martyris, S. Vrbani Papæ, & Martyris, S. Valeriani Papæ, & Martyris, & multorum aliorum Sanctorum quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitę.

1099. Roman⁹ Popul⁹ Eccleſ. S. Mariæ de Populo ędificauit.

In cuius conſecratione omnibus ad prædictam Eccleſiam deuotè accedentibus prędictus Pontifex Paſchalis à Feria quinta, poſt tertiam Dominicam, quadrageſimæ vſque ad Octauam Paſchæ in ſingulis diebus mille annos,



GREGORIVS. IX. PONT. MAX. ANAGNINVS.

SAnctiſſimam Deiparæ Virginis Imaginem è Sanctuario Lateranenſis Eccleſiæ extraxit, eamq. proceſſionaliter cum toto Clero ad Sanctam Mariam de Populo deportauit, ibi reliquit, Miſſam celebrauit, & indulgentias auxit.

Grego-

S. Lucas imaginē B. Virginis de Populo pinxit.

Indulgentia in omnibus feſtiuitatibus B. Mariȩ Vir.

GRegorius nonus, ob reuerentiam ipſius Virg. Glorioſæ, propter miraculum Romano Pop. impenſum, ne ingratus tanti muneris ipſe Populus exiſteret, & cupiēs ipſum Populum ad ipſius Virginis deuotionem attentius Inducere, ad præfatam Eccleſiam cum multo Clero, & Populo acceſſit, & Imaginem B. Virginis manibus B. Lucæ in tabula depictam ibidem deportauit vbi ſolemniter celebrans, concesſit omnibus ad dictam Eccleſiam venientibus, vere penitentibus, & confesſis: in omnibus feſtiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis, & per octauas eorum, in feſto B. Auguſtini, & per eius octauam, in feſtiuitatibus Natiuitatis, Reſurrectionis Aſcenſionis Pentecoſtes, & à die conſecrationis ipſius Eccleſiæ vſque ad octauam Paſchæ 700. Annos, & totidem quadragenas Indulgentiȩ.

CLemens quartus, P.M. Narbonenſis Gallus in S. Maria de Populo conſecraræ altaria fecit, & multis Indulgentijs, eandemmet Eccleſiam præmuniuit.

Prædictus Pontifex, mādauit Vicario ſuo, vt conſecraret altare B. Mariæ Magdalenæ, Dominica ſecunda menſis Iunij 1266. die 15. vbi etiam annuatim poſuit omnibus venientibus 7. Annos, & totidem quadragenas Indul.

Item, prædictus Vicarius Domini Clementis Papæ de mandato ipſius conſecrauit altare Beati Auguſtini cum multis alijs Epiſcopis in feſto ipſius venerabilis Doctoris menſis Auguſti die 28. anno 1266. & concesſit omnibus deuote venientibus ipſo die, & per octauam ſeptem Annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ.

Item, quilibet Epiſcoporum, qui fuerunt nouem poſuit vnam quadragenam.

Item, idem Vicarius D. Clementis Papæ quarti, conceſſit à die conſecrationis ipſius Eccleſiæ vſq. ad octauā Paſchæ decem, & ſeptē Annos, & totidem quadragenas.

ECCLE-




Eccleſiæ S.Mariæ de Populo multas, vt infra patet conceſsit Indulgentias.

IN Anno vltimo Pontificatus Bonifatij octaui, ſua auctoritate Dominus Patriarcha Conſtantinopolitanus, &Dominus Archiepiſcopus Bituricẽſis cum multis alijs Epiſcopis conſecrauerunt altare B. Catherinę Virginis, & Martyris, & Sancti Egidij Abbatis in feſto ipſius Virginis Catherinæ, qui Papa ſingularem gerebat deuotionem ad dictam Virginem, in qua conſecratione ſupradicti Patriarcha, & Archiepiſcopus conceſſerunt de mandato Domini Papæ omnibus deuote venientibus in diebus feſtiuitatum prędictorum Sanctorum: quadraginta Annos, & totidem quadragenas.

Quas indulgentias ſimul recollectas Bonifatius prædictus conceſsit omnibus accedentibus verè pœnitentibus, & confeſſis de verbo ad verbum, faciens mentionem de prędictis à die conſecrationis ipſius Eccleſiæ, quæ eſt feria 5. poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ vſque ad octauam Paſchæ, propter dominam Matrem, & Genitricem Dei; vt ipſa videlicet ſit ſemper aduocata totius Chriſtianitatis, & præſertim Romani Populi.

Sunt autem dictę Indulgentię in toto duo millia 797. Annorum, & duo millia 757. quadragenarum.

SIX-



XYSTVS PAPA IIII·SAVONEN·

Concedit Eccleſiæ S. Mariæ de Populo, in omnibus Feſtiuitatibus B. Mariæ Virginis, Plenariam in perpetuum omnium peccatorum remiſsionem, &c.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ineffabilia Glorioſæ Virginis Dei Genitricis Mariæ meritorum inſignia deuotæ conſiderationis indagine perſcrutantes. & intra noſtræ mentis archana reuoluentes; quod ipſa caſtiſſimo eius vtero prout noſtræ ſtatus exigebat neceſſitas humanæ ſalutis authorem pertulit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione præces effudit, dignum quin potius debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis dedicatas Eccleſias præſertim in locis vbi miraculorũ claritate corruſcat gratioſis remiſſionum proſequamur impendijs, & Indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, vt Eccleſia domus Beatæ Mariæ de Populo iuxta portam Flaminiam de Vrbe ordinis fratrum Heremitarum ſancti Auguſtini ad quam Romanus Populus, & etiam Curiales, ac alij Chriſti fideles diuerſarum nationum, tũ propter diuerſa miracula quæ omnipotens Deus meritis, & interceſſionibus prælibatæ Virginis glorioſæ retroactis temporibus, & præcipue dum peſtis mirum in modum Vrbem ipſam inuaderet, & varijs ægritudinibus fideles Chriſti obirent hactenus operata eſt, & operatur in dies, magnus Populi concurſus habeatur, nosq; hodie conſiderantes quamplures Chriſti fideles in eadem Vrbe febribus, & alijs ægritudinibus præter conſuetudinem magis grauari, & ex illis infra paucos dies decidere, ad præfatam Eccleſiam perſonaliter acceſſimus, & ibidem in noſtra præſentia orando dominum, vt aerem ſalubrem, & infirmis ſanitatem ex ſua pietate, & miſericordia elargiri dignaretur, Miſſam celebrari fecimus congruis oneribus frequẽtetur, ac Chriſti fideles eo libentius deuotionis cauſa ad illam confluant, quo tandem præcibus, & meritis præ-

Permulta miracula à Deipara de Populo acta.

Accedit pſonaliter Sixtus IV. ad Eccleſiã S. Mariæ de Populo.

fatę Virginis adiuti, & per alia bona opera quæ fecerint animarum ſuarum ſalutem ſperauerint ad ipſius de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus verè penitentibus, & confeſſis, qui prædictam Eccleſiam in Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Viſitationis, & Aſſumptionis eiuſdem feſtiuitatibus à primis Veſperis vſque ad ſecundas. Veſperas deuotè viſitauerint annuatim ſingulis earumdem feſtiuitatum diebus plenariã omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & veniam auctoritatę Apoſtolica tenore præſentium in Domino concedimus præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis M. CCCC. LII. Sexto Idus Septembris Pontificatus noſtri, Anno ſecundo. Indulg. plenaria in omnibus feſtiuitatib' deiparæ Virg. In dicta Eccleſia S. Mariæ de Pop.

*Priuilegium Pœnitentiariorum Sanctæ Mariæ de Populo à SIXTO QVARTO conceſſum.*

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam à Sede Apoſtolica ſunt illa benigno concedenda fauore per quæ animarum ſaluti benignius conſulatur, cum autem nos nuper vniuerſis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam B. Mariæ de Populo de Vrbe ordinis fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini in ſingulis eiuſdem B. Mariæ Virginis feſtiuitatibus deuotè viſitauerint annuatim omnium peccatorum ſuorum plenariam remiſſionem conceſſerimus, prout in alijs noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos vt Chriſti fideles ipſam eandem Eccleſiam, (vt præfertur) viſitantes, conſcientiæ pacem, & animarum ſalutem Deo propitio conſequantur, ac vt Indul- Ratificatio Indulg. plenariæ in feſtiuitatibus B.M. Virg.

gentiarum huiuſmodi commodius participes eſſe poſſint cum eis benignius agere volentes, quod Prior domus dictæ Eccleſiæ de Populo pro tempore exiſtens, ſex Sacerdotes ipſius ordinis S. Auguſtini Idoneos, & diſcretos in ipſa Eccleſia de Populo deputare ac vnum ex eis Priorem aliorũ conſtituere poſsit, qui confeſsiones quarumcumq. perſonarum eandem Eccleſiam cauſa huiuſmodi Indulgentias conſequendi Viſitantium in feſtiuitatibus prædictis, necnon à media quadrageſima vſq. ad octauam Paſchæ Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quando à Populo Romano, & à Curialibus tum propter deuotionem quam ferunt Beatæ Mariæ Virgini, tam etiam propter maximum numerum Indulgentiarum, eo tempore à diuerſis prædeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus cõceſſarum frequentiſsime viſitatur audire, & earum confeſſionibus diligenter auditis eiſdem perſonis à quibuſcumque peccatis, quæ confitebuntur ſicut Penitentiarij minores in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe deputati faciunt, & facere poſsunt iniunctis eis pro commiſſis Penitentia ſalutari, & alijs quæ de iure fuerint iniungẽda debitam abſolutionem impẽdere ita tamen quod ijdem cõfeſſores de his de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda eam dictis perſonis per eas ſi ſuperuixerint, vel per alios ſi forte tunc tranſierint faciendam iniungant quam ipſæ perſonæ, vel illi alij facere teneantur, vt præfertur auctoritatæ Apoſtolica tenore præſentium de vberiori gratia concedimus, & etiam Indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæterisq. contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem

Ratificatio omniũ Indulgentiarum antiquarum S. M. de Pop. quę currũt ſingulo die a media quadrageſima, vſq. ad oct. Paſche.

omnipo-

omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. M. CCCC. LXII. Quarto, Idus Octobris Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

*Priuilegium vnionis S. Mariæ de Populo Vrbis ad Congregationem obſeruantiæ Lombardiæ Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini à Sixto IIII. Indultum.*

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter præcipuas noſtri pectoris curas quibus ex ſuſceptæ ſeruitutis officio vigilantius nos intendere conuenit, hanc libenter amplectimur, vt debemus per quam in ſingulis Monaſterijs, & locis regularibus præcipue almæ vrbis noſtro conſpectui antepoſitis Religionis vigeat obſeruantia, morum, & vitæ honeſtas, ac vigor diſciplinæ Eccleſiaſticæ nulla ratione leneſcat, ſicq; diuinus cultus inſtaurationem perſonarum, vtilium vel accomoda reformatorum vnione locorum in eis refloreat, & opitulante altiſſimo augeatur odore bonæ famæ ſubſtituendi profeſſores in eis reliquos fideles imitatione ſua ad deuotionem inducant, & animarum ſalutem non modo documentis inſinuent verum operibus comprobent pariter, & exemplis attendentes itaq; quod licet priſcis temporibus Sacræ Religiones inſpiratione ſuperna à ſanctis patribus inſtitutæ quibus tanquã magaritis ornata ſacroſancta illuſtratur Eccleſia in magna populorum fidelium veneratione, & deuotione præſtiterint, cauſantibus tamen poſtmodum ſiniſtris euentibus, populorum eorumdem diminutione, & peccatis facientibus frigeſcente charitate, & fide multorum, exem-

plaris quoq; vitæ religioſis deficientibus, tùm etiam quia nonnulli eorum paſſim à veteri inſtitutione defluxerunt, & quod inter alia cenobia, & loca Religioſa dictè Vrbis deuotiſſima Eccleſia Beatæ Mariæ de Populo in cuius dómo ordinis fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini profeſſores ſub obſeruantia regulari degentes numero, & meritis non imparibus degere conſueuerant ad diminutionē non modicam deueniſſe. Nos qui Eccleſiæ, & domui ante dictis ipſius glorioſæ Virginis meritis præclaris afficimur, horum conſideratione inducti, tùm pro reminiſcentia miraculorûm quæ ipſa Dei genitrix vniuerſo Romano populo tàm patenter oſtendit; ac etiam animarum ſalute credentium vniuerſis, & ſingulis vtriuſq; ſexus fidelibus verè penitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam dictæ domus, in Conceptionis, Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, Viſitationis, & Aſſumptionis eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis feſtiuitatibus deuotè Viſitarent annuatim plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſsionem, & Indulgentiam gratioſæ conceſsimus, & inſuper Eccleſiam ipſam amplioribus honoribus decorare cupiētes, ſtatuimus, & ordinamus quod dilecti filij nobiles viri dictæ Vrbis Senator, Conſeruatores, & Capità Regionum qui erunt prò tempore cum omnibus alijs officialibus dictæ Vrbis ſingulis annis in feſto Conceptionis eiuſdem Virginis perpetuis futuris temporibus dictam Eccleſiam deuotè viſitarent, & duos cereos magnos iuxta morem ipſorum in viſitatione quarumdam aliarum Eccleſiarum dictæ Vrbis obſeruari cōſuetum, ac etiam vnum Calicem argenteum valoris quindecim ducatornm auri de pecunijs Cam. dictæ Vrbis emendos eidem Dei genitrici puro corde offerri, & largiri teneantur, & debeant cum debita reuerentia, & honore. Cupientes itaq; vt quem-

In Eccl. S. Mariæ de Populo ſingulo anno in oībus feſtiuitatibus B. V. eſt Indulgentia plenaria ppetuis temporibus durans.

Populus Romanus i ſingulo anno obligat⁹ eſt offerre proceſſionaliter vnū Calicē valētē quindecim ducat. Auri & duos cereos magnos Eccl. S. M. de Populo in die Cōceptionis. B. Virg.

admo-

madmodum Eccleſia dictę domus de Populo ipſius Sacratiſsimæ Virginis diuino illuſtratur ſplendore noſtroq; præſidio, ob ſingularem deuotionem, & reuerentiã quas ad ipſam cœlorum Reginam ſemper geſsimus, & habemus pro eius veneratione, gloria, & honore animarumq; ſalute, peccatorum Indulgentia, & remiſsione plenaria in ſingulis eius feſtiuitatibus antedictis non immerito ſublimata, & decorata eſt, ita quoque diuino cultu aſsiduis laudibus, & veneratione præcipua, atq; ſpiritualibus ſuffragijs decoretur, et in ea Deo ipſiq; eius genitrici prædictæ Accepta plantaria quę ſibi gratum exhibeant famulatum, ac die noctuq; debita cum puritate mentium laudum exſoluant præconia, & ipſius ordinis inſtitutis regularibus ſe conforment prouiſionis noſtræ auſpitijs ſurrugentur diuinorum cultus, & obſeruãtia regularis prout tota mente appetimus inſtaurentur in ea, & annuente altiſsimo vigeant infuturum Motu proprio, non ad cuiuſquam nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, ordinatione, & voluntate Eccleſiam, & domum Beatæ Mariæ de Populo antedictas ſub Beati Petri, & noſtra ac Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, nec non congregationẽ dilectorum filiorum fratrum regularis obſeruantiæ dicti ordinis prouinciæ Lõbardiæ omneſq; & ſingulas ipſorum domos, & loca ſecũdum inſtituta regularia dicti ordinis reformata, & ſub huiuſmodi obſeruantia regulari degentia eidem domui Beatæ Mariæ de Populo auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ex certa ſcientia incorporamus annectimus, & vnimus ſtatuentes, ac etiam decernentes quod de cætero perpetuis futuris temporibus, Eccleſia, & domus de Populo memoratę, cum congregatione prædicta vnũ cor pus exiſtant, & ſicut cætera ipſius Congregationis loca

Conuentus S. M. de Populo, & tota Congregatio obſeruantiæ Lõbardię ſunt ſub protectione Sedis Apoſt.

quæ per Vicarium,& fratres congregationis eiuſdem reguntur, & gubernantur, ſic, & ipſa domus de populo per eos iuxta ipſorum ritus, mores, & inſtituta prædicta regi, & gubernari debeat perpetuo in futurũ. Quodq; fratres. qui abſq; Vicarij vel capituli congregationis eiuſdẽ ſpeciali licentia, ſuper hoc petita, & obtenta ab ipſa congregatione receſſerint ſententiam excommunicationis, tam ipſi quam eos recipientes incurrant, etiam ſi licenitiam huiuſmodi obtinerent, à Priore Generali dicti ordinis cui ne aliquem ex fratribus Congregrationis prædictæ tam in ipſa de Populo, quam alijs domibus, & locis dictę Cõgregationis per illius Vicariũ,& capitulum deputatos remouere, vel alium ſeu alios qui de fratribus ipſius Congregationis non ſint in eadem domo de Populo collocare præſumat, ſcientia motu, & auctoritate ſimilibus diſtrictius inhibemus, decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per ipſum contigerit attentari, & nihilominus congregationi prædictæ, eiuſq; profeſſoribus domibus, & locis vniuerſis auctoritate præſentium concedimus, & pariter indulgemus quod litteris fe. re. Pauli ſecundi prædeceſſorris noſtri dictæ congregationi conceſſis quarum tenorem, ac ſi in præſentibus de verbo ad verbum inſertus eſſet haberi volumus pro expreſſo, aliàs in ſua firmitate manentibus ipſis omnibus, & ſingulis priuilegijs exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indultis, indulgentijs, & gratijs Eccleſiæ, & domui de Populo prædictis, earumq; perſonis per ſedem Apoſtolicam hactenus conceſſis (plenaria tamen Indulgẽtia per nos ipſi Eccleſiæ de populo in feſtiuitatibus prædictis vt præfertur conceſſa duntaxat excepta) in omnibus, & per omnia vti valeãt,& gaudere, nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſta-

Extẽſio omniũ priuilegiorũ, & Indulgẽtiarũ S.M De populo ad totã cong. obſeruãtię Lõbardiæ exceptis plenarijs.

tu-

tutis, & conſuetudinibus domus de Populo congregationis, & ordinis prædictorum, etiã confirmatione Apoſtolica roboratis quibus in quantum præmiſſis in toto, vel in parte obſiſterent, etiam ſi de eis eorum tenoribus habenda eſſet mentio ſpecialis, motu, ſcientia, & auctoritate, ſimilibus derogamus expræſſè ipſis aliàs in ſuo robore permanſuris, cæterisq; contrarijs quibuſcumq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, incorporationis, annexionis, vnionis, ſtatuti conſtitutionis, inhibitionis, decreti, conceſſionis, indulti voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. CD. LXXII. Decimo Kalendas Ianuarij Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

*Sixtus iv. concedit Sanctæ Mariæ de Populo plenariam omnium peccatorum remiſsionem, & Indulgentiam in ſingulis Sabbatis Quadrageſimæ.*

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Cum ineffabilia glorioſæ Dei genitricis Mariæ merita deuote, & piè conſideramus, & intra noſtræ mentis penetralia recolimus quod ipſa caſtiſſimo eius vtero prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas, humanæ ſalutis geſtauit auctorem, & apud eum quem maternis lactauit vberibus ſedulas. pro noſtrorum peccatorum, & delictorum remiſſione præces effundit dignum quim potius debitum reputamus vt in honorem ſui nominis dedicatas Eccleſias præſertim in alma Vrbe gratioſis remiſſionum proſequamur impendijs, & indulgentiarum mune

ribus decoremus, cupientes igitur. Vt Eccleſia domus Beatæ Mariæ de Populo iuxta portam Flaminiam dictę Vrbis ordinis fratrum Heremitarum Sācti Auguſtini ſub regulari obſeruantia, & congregatione Lombardiæ degentium quam nuper ſolo prius æquatam, & in præſentē ſtructurarum formam redactam regularis obſeruātia profeſſorum, & Virgini laudes, ac præces aſſiduè pro vniuerſo populo decantantium copioſo numero pro gēmis præcioſiſſimis alijsq;. Pro obſeruantia neceſſarijs ornatibus decorauimus, & ad quam Eccleſiam, ac quam plurimū venerandam dulciſſime Virginis Dei Genitricis imaginē inibi mirificè reconditam, ſicut à dilectis filijs Guidone de Arpagionio, Antonio de Sancto Venſano, Ioanne de voriſcis vicecomite de Ambris, & alijs eorum Collegijs cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Francorum Regis Illuſtris oratoribus, nos cum pro conſuetudine, & deuotione noſtra iremus comitantibus, accepimus dictus Ludouicus Rex, eiuſq; natus Dalphinus, & dilecta in Chriſto filia Anna eius coniux, ob celebrem in Curia maximè, & vbiq; terrarum huius deuotiſſime imaginis à Sancto Luca depictæ fama, ac frequentium ſignorum gratiarum, & miraculorum corruſcationem ſingularem gerunt, deuotionis affectum, congruis honoribus frequentetur, proq;. Illorum felici ſtatu conſeruando, ac vniuerſali Chriſti fidelium pace impetranda, à dilectis filijs priore, & fratribus ibidem exiſtentibus, Deo, & Beatæ Virgini frequentius exoluantur debitæ gratiarum actiones, ac Romanus Populus, nec non curiales, & alij Chriſti fideles eo libentius deuotionis cauſſa ad illam cō fluāt, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac mera deuotione quam ad imaginem ipſam etiam gerimus

S. Lucas pinxit Imaginē Deiparæ Virg. de populo.

de

de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſq; ſexus verè penitẽtibus, & cõfeſſis qui præfatã Eccl. qualibet die Sabbati ſingularum hebdomadarum Quadrageſimæ deuotè viſitauerint annuatim omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & veniam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, & ordinationibus contrarijs, præſentibus perpetuis temporibus futuris valituris, per hæc autem indulgentijs, etiam plenarijs conceſſis Viſitantibus Eccleſiam præfatã, tam à prædeceſſoribus noſtris quàm à nobis, & præſertim in nonnullis eiuſdem Virginis Mariæ feſtiuitatum diebus nullatenus intendimus derogare, imo volumus quod ſi contingat feſtum Annuntiationis eiuſdem Virginis Mariæ in aliquo ex prædictis Sabbati diebus celebrari; tunc viſitantem Eccleſiam prædictam illo, & etiam ſequenti Dominico die indulgentiam huiuſmodi conſequãtur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationẽ omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, decimo Kalendas Iulij Pontificatus noſtri anno octauo.

Priuilegiũ Indulg. plenariæ in oĩbus Sabbatis Quadrageſimæ i S. M de Pop Rom.

Ratificatio. oium Indulgentiarũ S. M. de Pop.

Suppli-

*Supplicatio ſignata à fel. re. Sixto iv. pro ſtationibus totius quadrageſimæ Sanctæ Mariæ de Populo ac locis omnibus congregationis obſeruantiæ Lombardiæ ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini.*

SVpplicat humiliter Sanctitati veſtræ Beatiſſime Pater humilis, & deuotus orator veſter frater Paulus de Bergomo Sanctæ Mariæ de Populo Prior licet immeritus, quod cum quadrageſimali tempore ſtationes quotidie in Vrbe apud nõnullas Eccleſias deuotè celebrentur, & ſingulis indulgentiæ de theſauris Eccleſiæ dictas Eccleſias viſitantibus præſtari conſueuerint attenta clementia S. V. & admirabilibus beneficijs Congregationi fratrum Heremitarum Sancti Anguſtini de Lombardia nuncupatæ per S. V. collatis, & attento quod viri Religioſi in cõuentibus proprijs, & locis reſidentes; amplius in deuotione proficiunt legendo, meditando, orando, & contemplando, quam exterius hinc inde diſcurrendo Dignetur S. V. de miſerationis ſuæ ſolita Clementia participationem dictarum indulgentiarum quæ in ſingulis ſtationibus Vrbis habentur fratribus dictæ Congregationis tam in Vrbe quam extra, tàm profeſſis, quàm nouitijs comiſſis, & Sanctimonialibus, contritis, & confeſſis tàm præſentibus, quàm futuris concedere quemadmodum nonnullis Religioſis eſt ab Apoſtolica Sede conceſſum, vt videlicet fratres ſinguli in ſuis Eccleſijs, & Monaſterijs tria altaria à Prioribus noſtris deputanda ſingulis diebus viſitantes, & quinq; Pater noſter, & totidem Aue Maria ob reuerentiam Dominicæ paſſionis, & glorioſæ Dei genitricis Mariæ genibus flexis cum oratione quæ pro ſummo Pontifice fieri conſueuit, videlicet, Deus omnium fide-

lium

lium Paſtor, &c. dicentes eam, &c. indulgentiam conſequantur, quam habituri eſſent ſi Romanis ſtationibus intereſſent, Qui vero dictam orationem dicere neſciuerint loco illius dicant Salue Regina, &c. pro felici conſeruatione ſtatus S. V. & Eccleſiæ Romanæ aliorum Pontificum qui pro tempore fuerint. Vbi vero tot altaria non eſſent puta in Sanctimonialium locis, ter dictas orationes, & Pater noſter, cum Aue Maria replicent ante maius Altare oratorij earum, & hoc de gratia ſpeciali S. V. fiat vt petitur. fiat &c. & quod ſola ſignatura ſufficiat. Fiat, &c.

Præfatus Pontifex Sixtus iv. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populo à fundamentis reſtaurauit in hanc formã quã nunc videmus redegit, ac fratribus obſeruantiæ Lombardiæ ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini in poſſeſsionem, & dominium gratioſe tradidit.




Confirmat Indulgentias omnes S. Mariæ de Populo, & addit indulgentiam plenariam perpetuis futuris temporibus in die Præſentationis eiuſdem Beatæ Virginis, & per totam eius octauam confirmatq; priuilegia vt infra, &c.

MOtu proprio &c. dudum fel.rei Sixtus Papa iv.prę deceſſor noſter motu proprio. Vniuerſis & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus verè penitentibus, & confeſſis qui Eccleſiam domus Beatæ Mariæ de Populo de Vrbe ordinis fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini Congregationis obſeruantiæ Lombardiæ in Conceptionis, Natiuitatis, Aſſumptionis, Annuntiationis, Purificationis, & Viſitationis eiuſdem deuotè viſitarent plenariã omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & Indulgentiam conceſsit, ac ſtatuit quod nobiles viri dictæ Vrbis, Senator, Conſeruatores, & capita Regionum, qui pro tempore eſſent ſingulis annis in feſto Conceptionis eiuſdem Beatæ Virginis perpetuis futuris temporibus præfatam Eccleſiam viſitare, & in Viſitatione duos magnos cereos, & vnum Calicem argenteum valoris quindecim ducatorum auri offerre deberent, Nec non domum prædictam, ac Congregationem Lombardiæ huiuſmodi, ac omnes, & ſingulas domos, & loca dictæ Congregationis, ſub Beati Petri; & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit, ac ſtatuit quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus Eccleſia, & domus de Populo prædicta cum cõgregatione huiuſmodi vnum corpus exiſterent, ac omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus huiuſmodi qui præfatam Eccleſiam domus de Populo qualibet die Sabbati ſingularum Hebdomadarum quadrageſimæ deuotè Viſitarent annuatim omnium peccatorum ſuorum remiſsionem, & veniam conſequerentur, & vt fideles ipſi ad dictam Eccleſiam confluentes pro indulgentijs conſequendis illarum capaces efficerentur illius priori pro tempore exiſtẽti ſex presbyteros dicti ordinis idoneos ad audientiã cõfeſsionum deputandi facultatem tribuit qui confeſsionibus diligenter auditis, eiſdem perſonis, à quibuſcumq;

peccatis ſicut pænitentiarij Minores in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe deputati faciunt, & facere poſſunt iniunctis, & debitam abſolutionem impendere valerent, & tam præfatus Sixtus iv. quam nonnulli alij Romani Pōtifices prædeceſſores noſtri eiſdem Eccleſiæ, & domui de Populo, & Congregationi præfatæ Lombardiæ nonnulla alia priuilegia indulta, indulgentias, & litteras Apoſtolicas conceſſerunt (prout in eorumdem Sixti iv. & aliorum prædeceſſorum,) diuerſis, tam ſub plumbo quam in forma breuis litteris, & ſupplicationibus, quas ſola ſignatura valere voluerunt, plenius continetur. Quodq; poſſent vti potiri, & gaudere omnibus, & ſingulis priuilegijs, indultis, gratijs immunitatibus, conceſsionibus, exemptionibus, indulgentijs, & libertatibus in genere conceſsis, quacumq;. Apoſtolica auctoritate quorūcumq;. Religioſorum, etiam cuiuſcumq; obſeruantiæ forent, domorū, locorū, & perſonarū quibus eſſet conceſsū quod vti poſſent priuilegijs fratres ordinis fratrum Heremitarum huiuſmodi. Nos attendentes, quod decet Romanum Pontificem, ea quæ, & prædeceſſores ſuos in fauorem. Chriſti fidelium, & Religioſarum perſonarum conceſſa ſunt, approbare, & innouare, vt eo firmius maneant quo maiori fuerint munimine roborata, indulgentias, facultates, incorporationes, ac omnia, & ſingula alia in litteris, & ſupplicationibus prædictis contenta approbamus, & innouamus, ac noſtri ſcripti patrocinio cōmunimus, illaq. perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, ac propotiori cautela eiſdem modo, & forma denuo concedimus, ac etiam plenariam Indulgentiam huiuſmodi ad feſtum præſentationis eiuſdem Beatæ Virginis, & diem conſecrationis Eccleſiæ domus de Populo extendimus, & ampliamus ac eidem Priori vt dictos con-

feſſores

feſſores quos cum dicta facultate, ac eiſdem Confeſſoribus, qui à media Quadrageſima vſq. ad octauam Paſche deputare poteſt in omnibus alijs feſtiuitatum diebus quibus Indulgentiæ huiuſmodi conceſſa exiſtit deputare, ita quod confeſſores ipſi ſic deputati quorumcumque Chriſti fidelium Confeſſiones audire, & illis diligenter auditis, eos ab omnibus, & ſingulis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure tantum promulgatis, ac exceſſibus, & delictis, ac alijs quibuſcumq. caſibus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluere valeant. Quodq. congregatio domus, & loca, Vicarius, ac Diffinitores, Viſitatores, Priores, Fratres, Sorores, Oblati, Conuerſi, ac Mantellati, vtriuſque ſexus tertij ordinis de pœnitentia nuncupati gaudeant omnibus priuilegijs conceſſis fratribus quorumcumq. etiam Mendicantium ordinum quibus eſt conceſſum, quod gaudeant Priuilegijs congregationi ſeu ordini fratrum Heremitarum huiuſmodi conceſſis perinde ac ſi illa eidem congregationi, nominatim, & expreſſe ac ſpecifice conceſſa fuiſſent. Quodq. congregatio præfata omnes, & ſingulas domos per congregationem huiuſmodi, nunc & pro tempore reformatas, ſeu etiam de nouo conſtructas, & erectas, ac qualitercumq. illis conceſſas, & per eos habitas, & poſſeſſas pro tempore, & concedendas, quorum nomina, & cognomina, inuocationem, & qualitatem pro expreſſis haberi, ſeu exprimi poſſe volumus, pacifice poſſidere, & retinere poſſint, & ſuper illis à quoque moleſtari, vel perturbari non poſſe, nec debere decernimus, & quatenus opus ſit, illas ſub dictæ Sedis protectione ponimus, & eidem domui de Populo incorporamus, & applicamus, necnon Vicarij Generalis præſidentis, & diffinitorum capituli auctoritate alias per dictam Sedem ſibi conceſſam, ac ſtatuta, & or-

dinationes, ſacris Canonibus non contraria circa ſtatum regularem obſeruantiæ. Præſertim circa clauſuram, & modum viuendi, & deputationem illorum, qui ad curam animarum tam fratrum, quam monialium huiuſmodi deputatus tam circa fratres quam ſorores huiuſmodi ſtatuēdi, condendi, & ordinandi edere, & edita mutare quoties expedire cognouerint ampliamus, & confirmamus, & volumus, quod tranſumptis, & non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ præfati prædeceſſores in dictis literis voluerunt non obſtare cæterisq. contrarijs quibuſcumq.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 20. Menſis Februarij 1490. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

*Diploma pro Stationibus totius Anni, non tantum huic Eccleſiæ verum etiam omnibus locis Congregationis Fratrum S. Mariæ de Pop. à Fel. Re. Innocentio octauo conceſſis.*

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs Vicario Generali, & Fratribus profeſſis Nouitijs, Commiſſis, & Monialibus S. Mariæ de Populo ſeu Obſeruantiæ Lombardiæ Ord. Heremitarum S. Auguſtini præſentibus, & futuris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum alias accepiſſemus fel. rec. Sixtum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum, Indulgentias ſtationū almæ Vrbis viſitantibus tempore Quadrageſimali Eccleſias Stationū conceſſas vobis conceſſiſſe. Nos vt ſpirituali conſolationi veſtræ per amplius conſuleretur illas confirmamus. In præſentiarum vero volentes vos vberiori gratia proſequi Indulgentias prædictas vobis tempore Quadrageſimali duntaxat conceſſas, ad ſtationes totius

Anni, tenore præſentium extendimus, & nihilominus ſi contingat aliquem veſtrum occaſione prædicationis audientiæ, confeſſionis, quæſtuationis, aut alia quacumq. legitima cauſa de mandato ſuperiorum à proprijs ſiue deputatis domibus, & Monaſterijs ab eſſe in quacumq. Eccleſia, & loco etiam vnum tantum altare habente, ſi ante dictum altare eas orationes, quæ ex conceſſione Apoſtolica ante tria Altaria fieri iubentur, ter dixerit, præfatas totius Anni Indulgentias perinde conſequatur, ac ſi eas coram tribus Altaribus in dictis domibus, & Monaſterijs deputatis dixerit harum ſerie indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæterisq. contrarijs quibuſcumque; Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, Die 7. Decembris Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo. Pontificatus noſtri Anno ſexto.




Concedit quod Fratres S. Mariæ de Populo, poſſint Celebrare in diebus Sabbati Ferialibus ſub Officio duplici Officium Sanctiſsimæ ac Genitricis Dei Mariæ.

BEatiſſime Pater. Cum ad Eccleſiam domus ſiue conuentus S. Mariæ de Populo Almæ vrbis veſtræ ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini de Obſeruantia Lombardiæ, quamplurimi Chriſti fideles deuotionis cauſa iugiter præſertim in Sabbatis diebus huiuſmodi Officium Beatæ Mariæ Virginis Matutinum ſaltem, & horas canonicas in Choro eiuſdem Eccleſiæ tam per Prioris, & Fratrum earumdem quam Chriſti Fidelium illuc confluentium deuotione recitare, & canere ſummoopere deſiderent ſupplicant humiliter Sanct. Veſt. omnes præfati quatenus eiſdem Officium huiuſmodi Beatæ Mariæ Virginis, Matutinum ſcilicet cum nouem lectionibus horaſque Canonicas ſub duplici Feſtiuitate niſi feſtum duplex ſeu ſemiduplex aut ſolemne generale, vel dies Octauarum ſolemnium occurrant, quæ tamen ſub ſemiduplici celebrari poſſint celebrandi licentiam, & facultatem concedere, & indulgere dignemini de gratia ſpeciali conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtatutiſque & conſuetudinibus Eccleſiæ domus, & Conuentus prædicti Iuramento Confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & neceſſarijs. Fiat vt petitur.

Et quod præſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat, ita tamen quod liceat Oratoribus, ſi eiſdem magis videbitur literas in forma breuis deſuper expedire. Fiat, &c.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, decimoſeptimo Cal. Februarij, Anno quarto.

Sumptus ex regiſtro ſupplicationum Apoſtolicarum collationat. per me Alphonſum Auila eiuſdem regiſtri Magiſtrum. Collatus G. Gaillars, &c.

*LEONIS X. Fel. Mem. Oraculum in confirmationem quarumcumq. Indulgentiarum nedum temporalium verum etiam plenarum dictæ Congregationis Fratribus temporalium vero cæteris omnibus eius Congregationis Eccleſias viſitantibus conceſſarum atq. in earumdem ab omni ſuſpenſione, exceptione ad inſtantiam Iulij Medices Card. viua voce æditum eodem Iulio Teſte.*

IVLIVS miſeratione diuina ſanctæ Mariæ in Dominica Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis de Medicis, &c. Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis ſalutem in Domino. Hodie Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus LEO Papa Decimus ad ſupplicationem noſtram volens Venerabiles Fratres Cong. Lombardiæ Ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini ſpeciali proſequi fauore viuæ vocis oraculo nobis facto omnes, & ſingulas Indulgentias, etiam Plenarias eiſdem Fratribus, & Monialibus, ſub cura Vicarij Generalis dictæ Congregati nis exiſtentibus quo ad eorum perſonas tantum cæteras vero temporales Indulgentias pro omnibus Chriſti fidelibus vtriuſq. ſexus Eccleſias eiuſdem Congregationis Viſitantibus per Sanctitatem ſuam, & Apoſtolicam Sedem in hunc vſque diem conceſſas quacumque ſuſpenſione etiam ob Fabricam Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe minime comprehendi, ſed illas

iuxta tenorem, & continentiam, ac conceſſionem factas in ſuo robore permanere decreuit, declarauit, & conceſſit conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſuſpenſione præmiſſa cæteriſq. contrarijs non obſtantibus quibuſcumque in cuius rei fidem, & veritatis Teſtimonium has patentes noſtras literas fieri fecimus noſtra propria manu ſubſcriptas, paruique ſigilli noſtri quo in talibus vtimur impreſſione munitas. Datum in Palatio Apoſtolico Die xxviij. Martij M. D. XIIII. Pontificatus præfati Domini Noſtri Papæ Anno ſecundo. Ita eſt Iulius Card. de Medicis: manu propria.

*T. Cimarius, &c.*



PIVS IIII. PAPA MEDIOLANEN.

Profelici Santi Concilij Tridentini progreſſu atque malorum, & hereſum extirpatione, hoc vniuerſis Chriſti Fidelibus indulto conceſſo è Baſilica Sanctì Petri ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populo, vbi rem Sacram facit, hac potiſſimum de cauſa Glorioſam Virginem Pie deprecaturus accedit.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cupientes ex noſtri Paſtoralis Officij nobis diuinitus iniuncti munere, vt ſacrum œcumenicum Generale Concilium Tridentinum proſperum, & felicem (Deo bonorum omnium auctore) ſucceſſum obtineat, ac Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius vices, meritis licet imparibus, in terris gerimus, præcepta ſequentes, qui nobis per ſuum Sanctiſſimum os veritatis dicit, petite, & accipietis pulſate, & aperietur vobis, & rurſus Perprophetam, Clama ne ceſſes, & quaſi tuba exalta vocem tuam: quod ſuperiori Anno fecimus, ita & nunc auctoritateA poſtolica ex parte omnipotẽtis Dei, & per viſcera illius miſericordiæ, omnes & ſingulos vtriusq. ſexus Chriſti Fideles ſeculares, & cuiuſuis ordinis Regulares, etiam ſub clauſura viuentes, tam in alma Vrbe noſtra, quam in quibuſcumq. Regnis, Dominijs, Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis per vniuerſum terrarum orbem exiſtentes etiam atque etiam hortamur in Domino, paterne monemus, atque intimo ſinceriſſimæ mẽtis noſtræ affectu enixe requirimus in Vrbe videlicet degentes, vt in quarta, & ſexta ferijs, ac die Sabbati proxime futuræ, vel alterius immediate ſequentis hebdomadæ, alij vero extra dictam Vrbem quomodolibet conſtituti, poſtquam præſentes ad eorum notitiam peruenerint, in ſimilibus quarta, & ſexta ferijs ac die Sabbati alterius duarum hebdomadarum tunc, vt præfertur ſequentium, Ieiunijs, atque Orationibus, & Elemoſinarum erogationibus, ſeu aliis piis operibus iuxta eorum conſcientiam, ſeu Sacerdotum quibus peccata ſua confitebuntur, ſalutare Conſilium, vacent, & die Dominico dictum diem Sabbati tunc proxime ſubſequẽte, Sacratiſſimam eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti Eu-

chariſtiam reuerenter, & deuotè ſuſcipiant, ipſumq; Redemptorem Noſtrum pro felici ſucceſſu eiuſdem Concilij piè ac ſuppliciter orent, rogareq; non ceſſent. Quod vt facilius Deo ipſo propitio, conſequi valeamus, Nos ipſi ſolemnes indicere ſupplicationes, & vnà cum venerabilibus fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus omnibusq; prælatis, & Ro. Curiæ Magiſtratibus, die Dominico qui erit vigeſimus tertius præſentis menſis Nouembris, e Baſilica S. Petri vſq; ad Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis de Populo, concedente domino, incedere decreuimus, ibiq; ſolemni Miſſa celebrata, omnes ad Dominum pias, & deuotas præces pro tam ſalutari opere foeliciter dirigendo effundemus, Vt autẽ præmiſſa purius, & commodius fieri poſſint Eccleſiæ Theſauros copioſe, atq; benignè aperientes, Chriſti fidelibus ſupradictis, vt hac uice tantum confeſſores eligere valeãt presbyteros ſeculares, vel cuiuſuis ordinis regulares, qui eorum confeſſionibus diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet à quibuſuis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumq; grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & in Bulla, quæ in die Cenæ Domini legi conſueuit, contentis, nec non à cenſuris quas propterea incurriſſent, iniuncta inde eis pro modo culpæ pænitentia ſalutari abſoluere, ac vota quæcumque per eos emiſſa (Caſtitatis, & Religionis votis dũtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare poſſint, dicta auctoritate Apoſtolica concedimus, & indulgemus. Præterea Nos Chriſti fidelibus eiſdem, qui prædicta omnia adimpleuerint, Aut ſi qui morbo, vel alio quopiam iuſto impedimento detenti, ea facere nequiuerint, piam eleemoſinam alicui pauperi Chriſti, iuxta eorum conſcientiam, vel confeſſorum ſuorum arbitrium erogauerint, vel ſi ipſi

pauperes fuerint, quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam deuotè recitauerint, de eiuſdem omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi pleniſſimã; & eam, quæ Chriſti fidelibus Eccleſias dictæ Vrbis,& extra eam ad id ſtatutas viſitantibus Anno Iubilei conceſſa eſt, Indulgentiam,& omnium peccatorum ſuorum remiſſionem miſericorditer in Domino cõcedimus, & elargimur: Præcipientes in ſuper omnibus venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis in virtute Sanctæ obedientiæ, vt cũ primum præſentes litteras, ſeu earum tranſumptum manu Notarij publici ſubſcriptum, & ſigillo alicuius Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, conſtitutæ munitum ad eos deferri contigerit, die congrua iuxta præmiſſa ab ipſis ſtatuenda, ſolemnes ſupplicationes ad effectum præmiſſorum indicant, & celebrẽt, ipſaſq; præſentes, ſiuè earum tranſumptum huiuſmodi ſtatim per ſuas prouincias, Eccleſias, & diœceſes ſine aliqua fraude aut lucro gratis publicent, aut publicari faciant. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis cęteriſq; cõtrarijs quibuſcumq; Volumus autem quod tranſumptis præfatis, vt præfertur ſubſcriptis,& munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, decimo ſeptimo Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Cæ. Glorierius.

F. Delyon.

Anno

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, indictione quarta, die vero decima ſeptima menſis Nouembris Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris D. N. Pij diuina prouidentia Papæ quarti anno ſecondo, retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſt. & in acie cāpi Floræ, per Nos Antonium Clerici, & Ioannem Guerardi Curſores Apoſtolicos.

*Bartholomæus ſottocaſa magiſter Curſorum.*



GREGORIVS·XIII·PAPA·BONONIEN·

Priuilegiauit, Altare Sanctiſſimi Crucifixi in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo pro liberatione animarum à purgatorio.

AD perpetuam rei mem. Saluatoris Noſtri Domini Ieſu Chriſti æterno patri conſubſtantialis, & coeterni qui pro redemptione generis humani de ſummo cęlorum ſolio ad huius mundi infima deſcẽdere, & carnem noſtram ex vtero Virgineo aſſumere dignatus eſt, uices licet immeriti gerentes in terris, & eius exempla ſectantes animabus Chriſti fidelium Defunctorum in purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem Deo vnitę ab hac luce deceſſerunt, & piorum ſuffragijs iuuari meruerunt opportuna de Theſauris Eccleſiæ ſubſidia ſubminiſtrare ſtudemus, vt illę quantum diuinæ bonitati placuerit adiutæ, ad cæleſtem patriam facilius peruenire valeant, De diuina igitur miſericordia confiſi tenore pręſentium concedimus, vt quoties quicunq; Sacerdos, ſiuè ſæcularis, ſiuè regularis Miſſam in Altari Crucifixi ſito in Eccleſia Monaſterij Beatæ Mariæ de Populo ordinis S. Auguſtini de Vrbe, pro liberatione vnius animæ in Purgatorio exiſtentis celebrauerit ipſa anima per huiuſmodi celebrationem eaſdem Indulgentias, & peccatorum remiſſiones cõſequatur, & ad ipſius liberationem pro qua celebrabitur dicta Miſſa operetur quas conſequeretur, & operaretur ſi prædicti Sacerdotes hac de cauſa Miſſam ad Altare ſitum in Eccleſia Beati Gregorij etiam de Vrbe ad id deputatum celebrarent. Non obſtantibus noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die xxij. Septembris M.D. LXXVI. Pontificatus noſtri anno quinto.

Cæ.Glorierius.

*Greg. Papa xiij. ſingulari ſupplicatione decreta pro auerſione peſtis, & malorum quæ Reipublicæ Chriſtianæ, & Almæ Vrbi imminebant pedibus incedens Eccleſiam S. Mariæ de Populo viſitauit, & ei Indulgentiam plenariam, & remiſſionem omnium peccatorum ſingulo quoq; die Sabbati in perpetuum conceſſit.*

AD Perpetuam re. me. Ineffabilia glorioſæ Virginis Dei Genitricis Mariæ meritorum inſignia deuotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra mentis noſtræ arcana reuoluentes, quod ipſa caſtiſſimo eius vtero, prout ſtatus noſtri neceſſitas exigebat Saluatorem Noſtrum de Spiritu ſancto concepit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione præces effundere non ceſſat, dignum quin potius debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis dedicatas Eccleſias ſpiritualium gratiarum muneribus decoremus, ac Chriſti fideles quolibet ad earum venerationem Indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus frequenter inuitemus. De omnipotentis igitur Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus vere pænitentibus, confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis qui Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populo nuncupatam de Vrbe ſingulis diebus Sabbati totius anni deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia hereſum extirpationes Sanctæq; Matris Eccleſiæ tranquillitate pias ad Deum præces effuderint, quo die prædictorum id fecerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericor-

diter in domino concedimus, & elargimur Præſentibus perpetuò valituris. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annullo Piſcatoris, die xxv. Ianuarij M.D.LXXXII. Pontificatus noſtri anno decimo.

Cæ. Glorierius.

*Greg. xiij. Pont. Max. loco Eccl. S. Pauli tempore peſtis vnius ex ſeptem Eccleſiis deuotiſſimam Sanctæ Mariæ de Populo Eccl. ſubſtituit eiq; Indulgentias iure optimo communicauit.*

CVm inter cæteras grauiſſimas paſtoralis offitij noſtri curas ea nobis maxime cordi ſit, vt ſpirituali Chriſti fidelium conſolationi, eorumq; animarum ſaluti opportunè cōſulamus, idcirco animaduertētes hoc periculoſiſſimo, & ſuſpitioſiſſimo peſtis in diuerſis Italiæ Ciuitatibus, & locis nunc ſæiuiētis tempore multa ac varia impedimenta, & difficultates vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus ſeptem Eccleſias Vrbis, & extra eā deuotionis cauſſa viſitare cupientibus, circa eas, quæ extra muros ipſius Vrbis poſitæ ſunt iniici, atq; inferri, adeo vt pio eorum deſiderio in hac parte plerumq; ſatisfacere cōmodo nequeant, ſtatuimus pro aſſidua noſtra ſuper gregem Dominicum vigilantia, ac ſolicitudine difficultatibus, & impedimentis huiuſmodi quantum cum Deo poſſumus, paterne occurrere, & prouidere. Itaq;. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia durante huius contagioſi morbi periculo, & ſuſpictione, Eccleſiam Sancti Petri ad Vincula, loco Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani, & Eccleſiam San-Laurentij in Lucina, loco Eccleſiæ Sancti Laurentij extra muros, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populo, loco Eccl. S. Paulo, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, ſuq; ab omnibus haberi, &

cen-

cenſeri debere decernimus. Næcnon quod Eccleſiæ huiuſmodi intra Vrbem exiſtentes omnibus, & ſingulis gratijs, priuilegijs, indulgentijs, ſtationibus, & peccatorum remiſſionibus etiam plenarijs, & pleniſſimis, tam circa Altarium quorumcumq; Viſitationem quam in illis Miſſarum celebrationem, & alijs quibuſcumq; ſpiritualibus muneribus, & indultis quibus Eccleſiæ ſupra nominatæ extra Vrbem vtuntur, & gaudent, ſeu quomodolibet vti, & gaudere poſſunt, & ſolitæ ſunt, donec ſuſpitio temporis huiuſmodi durauerit, vti, & gaudere, libere, & licite valeant. Quodque Chriſti fideles dictas intra Vrbem Eccleſias pro tempore ſtante peſtis periculo viſitantes, & orantes, ſeu Miſſas celebrantes, vel celebrari facientes omnes, & ſingulas gratias ſpirituales, & Indulgentias huiuſmodi etiam pro Defunctorum animabus eiſdem prorſus modo, & forma quibus dictis Eccleſiis extra Vrbem conceſſę ſunt, cōſequantur, & conſequi poſſint, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi illi eaſdem Eccleſias extra Vrbem viſitarent, ibiq. orarent, ſeu celebrarent, aut celebrari facerent, & alia ibidem fieri ſolita ad implerent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus pariter, & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtatutiſq; & conſuetudinibus, nec non priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, & confirmatis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xvi. Octob. M. D. LXXVI. Pont. noſtri anno quinto.

Cæ. Glorierius.




Loco Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani vnius ex ſeptem Eccleſijs deuotiſſimam Sanctæ Mariæ de Populo Eccleſiam ſubſtituit eique, Indulgentias iure merito communicauit.

Hiero-

HIeronymus Miſeratione diuina tituli Sanctæ Suſannæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Rusticucius, nuncupatus S. D. N. Papæ Clementis viij. in alma Vrbe eiuſq; diſtrictu in ſpiritualibus Vicarius Generalis, ac omnium Eccleſiarum, Monaſteriorum, hoſpitalium, & aliorum quorumcumq; Locorum piorum Iudex ordinarius. vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras, ſiuè hoc præſens publicum tranſumpti Inſtrumentum inſpecturis lecturis pariter, & audituris notum facimus, & atteſtamur, quod nos habuimus vidimus, & diligenter inſpeximus quædam priuilegia, & quaſdam litteras Apoſtolicas deſcriptas, & manibus diuerſorum publicarum perſonarum ſubſcriptas indulgentiarum, conceſſionum, ſeu illarum confirmationum Venerabilis Eccleſiæ, & Monaſterij Sanctæ Mariæ de Populo almæ Vrbis, per ſummos in Chriſto Patres, & Dominos S. R. E. Summos Pontifices in eiſdem nominatos gratioſè conceſſas, quarum quidem litterarum tenor eſt vt infra videlicet.

SIXTVS PAPA V. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem Vniuerſi Dominici Gregis cuius curam nobis licet inſufficientibus viribus diuina diſpoſitione cõmiſſam ſolicitè gerere tenemur, ſalutem paterno deſideramus, & procuramus affectu, eiuſq; ouium Chriſti fidelium ſcilicet excitandæ, & augendæ deuotionis, & ſalutis cauſſa inſignes, quandoq. Eccleſias ſpiritualibus muneribus, cæleſtiſq; Theſauri donis decorare, & ditare ſtudemus, Cùm itaq; nos certis ſuadentibus cauſis per conſtitutionem noſtram renouationis Pontificalium capellarum in Baſilicis cæteriſq. Vrbis Eccl. celebranda-

rum, Eccleſiam Sanctę Mariæ de Populo, iuxta Portam Flaminiam dictæ Vrbis, ordinis fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini Congregationis Lombardiæ, copioſo eiuſdem ordinis profeſſorum Virgini laudes aſſiduè decantantium numero ac frequentiſſimo Chriſti fidelium in eam concurſu maxime celebrem, & inſignem in locum Eccleſię Sancti Sebaſtiani Martyris ad Catecumbas Ciſtercieñ. ordinis ſubſtituerimus, eam propterea indulgẽtiarum muneribus ac ſpecialibus priuilegijs augere, & decorare volentes Motu proprio, & ex certa noſtra ſcien tia, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Sanctę Catherinæ, Sancti Auguſtini, Sancti Laurentij, Sancti Hieronymi, Sancti Nicolai de Tolentino, Sanctæ Mariæ da Laureto, Natiuitatis Beatæ Mariæ, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, Altaria in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo, conſiſtentia perpetuo priuilegiata ad inſtar aliorũ ſeptem Altarium priuilegiatorum indictis Baſilicis conſiſtentium auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facimus conſtituimus, & deputamus, vtq; populi deuotio inde aliquot ſuſcipiat incrementum omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus qui ipſam Sanctæ Mariæ de populo Eccleſiam, & in ea exiſtentia ſeptem Altaria prædicta pro tempore Viſitauerint, & ibi aliquas præces prout cuiuſq; ſuggeret deuotio effunderint, eaſdem indulgentias quæ ipſi Chriſti fideles dictam Eccleſiam Sancti Sebaſtiani, & in ea conſiſtentia Altaria priuilegiata viſitantes conſequi ſolent, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Per præſentes tamen eidem Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani, & illius Altaribus priuilegiatis indulgentias non adimimus, quinimo illa viſitantibus ſemper ſuffregari volumus, Non obſtañ. regula noſtra de indulgentijs ad inſtar non concedendis, ac alijs conſtitutio-

Altaria priuilegiata in Eccl. S. M. de populo.

nibus

nibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq; contrarijs quibuſcumq́; . Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die xv. Martij M. D. LXXXVI. Pontificatus noſtri anno quinto. M. Veſtrius Barbianus. loco ✠ annuli Piſcatoris.

Ludouicus Beccatellus Epiſcopus Rauellenſis Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, In alma Vrbe eiuſq; diſtrictu in ſpiritualibus Vicarius Generalis, ac omnium Eccleſiarum, Monaſteriorũ, Hoſpitaliũ, aliorumq; locorum piorũ Iudex ordinarius vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras ſiue hoc præſẽs publicũ trãſumpti inſtr. inſpecturis, uiſſuris, Lecturis, pariter, & audituris notum facimus, & atteſtamur quod Nos habuimus, vidimus, palpauimus, & diligenter inſpeximus quędam priuilegia, & quaſdam litteras Apoſtolicas in quodam libro eiuſdẽ Monaſterij Sancti Sebaſtiani deſcriptas, & manibus diuerſorum Notariorum publicorum ſubſcriptas indulgentiarũ, & conceſſionum ſeu illarum confirmationum R.P. D. Abbati, & Monaſterio Sancti Sebaſtiani ad Catheců̃bas extra muros Vrbis Ciſterciẽ. ordinis per ſummos in Chriſto patres, & D. Dominos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Summos Pontifices in eiſdem nominatos gratioſè conceſſas ſanas ſiquidem, & integras non vitiatas, non cancellatas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, vt ex illarum prima facie apparebat, nobis pro parte Reuer. in Chriſto patris, & DD. Ioannis Lunellij, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Sebaſtiañ. & præfati monaſterij S. Sebaſtiani, Abbatis principalis in eiſdem litteris principaliter nominati coram nobis præſentatas, quarum quidem litterarum, & priuilegiorum tenores, de verbo ad verbum ſequuntur, & ſunt tales.

cleſiam eandem quocumque Anni tempore Viſitauerit, vel pro manutentione ipſius Eccleſiæ manus porrexſerit adiutrices, Indulgent. veraciter conſequetur, quæ ab Angelo prolata, & à ſancto Gregorio confirmata fuerunt, ſimiliter Sanctus Clemens Papa ſextus, cui in Viſione apparuit Sanctus Petrus Apoſtolus in manu ſua duas Claues habens in Bulla Iubilei appellat locum iſtum Sanctiſſimum, narrat etiam in Cronica Romana legiſſe, quod in eodem loco eſt diuina promiſſio, & vera peccatorum remiſſio, ac claritas perpetua eiuſdem Martyris Sancti Sebaſtiani meritis quoque quicumque ſuper dicto Altari Miſſam Celebrauerit, aut Celebrari fecerit à pœnis Purgatorij vnam Animam liberabit, & in ea intentione ſingulis diebus Celebratur: Idemque Cornelius Papa in die Conſecrationis ſeu Dedicationis eiuſdem Altaris pridiæ N. Nouembris Celebrari ſolite Remiſſionem ſeptem millium Annorum, & quadraginta dierum, necnon prima die poſt feſtum S. Gregorij, quæ eſt tertia decima Martij trium Annorum dictam Eccleſiam Viſitantibus conceſſit. Altare autem maius reſpiciens verſus ſcalam qua deſcenditur de Eccleſia ad dictũ Altare fuit à Papa Honorio Anno Domini, Milleſimo du centeſimo decimo octauo, indictione ſexta aſiſtentibus ſibi Archiepiſ. Narbonen. & Albanen. ac Oſtien. Epiſc. ac alijs quampluribus in honorem eiuſdem Martyiris S. Sebaſtiani dedicatum. Iuxta etiam dictum Altare in loco vbi eſt Crux ferrea requieſcit corpus S. Lucinæ Nobiliſſimæ Romanæ filię Adriani Imperatoris eiuſdem Monaſterij fundatricis, quæ eiuſdem ſancti Sebaſtiani corpus ibidem ſepeliuit, prope vero Cibrium dicto Altari ſuperpoſitum in muro Eccleſiæ eſt Sepulchrum in quo iacet Corpus S. Euticij Martyris, & in magno eiuſdem Sepulchri lapide

Indul. ſeptẽ millia annorum, & quadrag dierũ. Indul. triũ annorum.

multa ſunt inſculpta carmina eiuſdem S. Euticij Martyrium continentia, & à S. Damaſo Papa edita; Item iuxta dictam Eccleſiam eſt Cimiterium S. Calixti Papæ, terræ ſuppoſitum, in quo centum ſeptuaginta quatuor millia Martyrum corpora cum quadraginta ſex Summis Pontificibus ſexdecim videlicet Martyribus, & triginta Confeſſoribus ſunt ſepulta quorum Pontificum decem, & octo nomina ſunt hæc, videlicet S. Anicetus Syrus, S. Soter, campanus, S. Zepherinus Romanus, S. Vrbanus nobilis Romanus, ſepultus cum S. Tiburtio, Cæcilia, & Valeriano, & Maximo, S. Pontianus, S. Antherus Græcus, S. Fabianus Romanus; S. Lucius Lucanus, S. Cornelius Romanus S. Stephanus Romanus, qui cum duodecim Præsbiteris, & ſeptem Diaconibus, & ſexdecim Clericis Miſſam Celebrans Martyrio coronatus fuit. S. Sixtus ſecundus, S. Dionyſius, S. Euticianus de Luna, qui ducentos ſexaginta duos Martyres ſepeliuit S. Caius Dalmaticus, S. Euſebius Græcus, & Melechiades natione Apher, qui, & eorum quilibet ibidem ſuam ampliſſimam præſentatis benedictionem, & remiſſionem impendit, ibidemq. vt in dictis Cronicis habetur eſt remiſſio à pœna, & culpa, poſt cancellum eiuſdem Eccleſiæ eſt locus Cathecumba nuncupatus in infimo poſitus in quo ſeptem dormientes, vt fertur quieuerunt, in cuius medio eſt puteus in quo Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum capita per ducentos quinquaginta duos Annos abſcondita, & per Beatum Cornelium Papam ad inſtantiam ipſius Beatæ Lucinæ Virginis extracta extiterunt, ob quorum reuerentiam omni die eſt in dicta Eccleſia tanta Indulgentia à Sancto Siluestro Papa conceſſa quanta in Eccleſia Baſilicæ eiuſdem S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, item in eiuſdem Eccleſię Cancello eſt Altare magnum

Omni die tanta Indulgentia eſt in Eccleſia S. Sebaſtiani quãta in Eccleſia S. Pe-

in hono-

in honorem S. Stephani Papæ, & Martyris dicatum, cuius corpus eſt poſt ipſum altare ſub graticula ferrea poſitum iacet cum maxima Indulgentia. Item in Eccleſia eadem eſt columna marmorea maxima arte polita cui ligatus S. Sebaſtianus à tirannis ſub Diocletiano Imperatore ſagittatus fuit. Item in eadem fere media Eccleſia eſt Altare Maius, ſub quo iacet corpus S. Fabiani Papæ, & Martyris, & multæ aliæ Sanctorum, & Sanctarum Martyrum atque Virginum venerandæ reliquiæ, quæ in dicto Altarì fuerunt repoſitæ in Sanctuario etiam vltimo dicto Altari honorifice ſuperpoſito infraſcriptæ oſtenduntur Reliquiæ, partim Argenteis, & alijs vaſis, & partim alijs ornatibus decoratæ in primis, vna Spina de Corona Domini Noſtri Ieſu Chriſti, duo Brachia S. Sebaſtiani, duo tela ſiue ſagittæ eiuſdem, vnus digitus, vna Coſta, & vnus dens S. Petri Apoſtoli, vnus S. Andreæ; & alius S. Chriſtophori, Brachiorum Fuſta ſimiliter eorundem Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani, Stephani, Calixti Acorriſti, Nerei, & Archilei, ac eiuſdem Lucinæ, & Valentianæ Sanctorum Martyrum capita cum eorumdem ſeptẽ dormientium corporum reliquijs tempore Calixti Papæ tertij repertis, in oppoſito cuius altaris eſt aliud Altare verſus magnam portam Eccleſiæ ſuper quo repoſitus eſt lapis Marmoreus in cuius duriciei ſcamma Dominus noſter Ieſus Chriſtus Sancto Petro Apoſtolo, Neronis Imperatoris furorem ab eadem Vrbe fugienti in triuio Dominæ quo vadis ex tunc nuncupato, & notabili Capella ſignato obuians in Eccleſia Beatæ Mariæ in Palmis eiuſdem Monaſterij, & Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani Hoſpitalis pedum ſuorum veſtigia miraculoſe impreſſit; Item à dextra eiuſdem maioris Altaris, parte verſus dictum Cimiterium S. Calixti, eſt Sepulchrum eiuſdem S. Petri Apo

tri, & ex conſequenti, in Eccl. S. Mariæ de Populo.

ſtoli, in quo ſub Nerone in Monte aureo Crucifixus, & depoſitus, à condiſcipulis ſuis à ſiniſtra autem maioris Altaris parte verſus Altare S. Sebaſtiani, eſt Sepulchrum S. Pauli Apoſtoli in muro, & tabula marmorea ſignatum, qui etiam ſub eodem Nerone ad tres fontes decollatus, & à ſuis etiam condiſcipulis primo ſepulti fuerunt quam quidem Eccleſiam Viſitantibus, ac manus porrigentibus adiutrices cauſantibus diuinis miraculis, & Sanctorum Martyrum interceſsionibus omni die in numere à quamplurimis etiam ſanctis Romanis Pontificibus conceſſæ fuerunt, ita quod omnes, & ſinguli Chriſti fideles, qui Eccleſiam ipſam deuotionis, aut Peregrinationis cauſa viſitauerint, & manus porrexerint adiutrices etiam, vt in Sanctuario legitur Peregrini ad eandem Eccleſiam confluentes, & decedentes eiuſdem S. Sebaſtiani meritis Indulgen. huiuſmodi conſequantur, & quilibet eorum eligere poſſit Confeſſorem, qui à quibuſcumq. caſibus in Bulla Cenæ Domini contentis duntaxat exceptis abſoluere, & Plenariam remiſſionem etiam impendere poſſit. Demum S. Sixtus Papa ſecundus, qui pro Fide Catholica, in loco dicto Quo vadis; tunc decollatus trium millium annorum, & quadraginta dierum in die Sancti Sebaſtiani, & in feſto Sanctorum quatuor Coronatorum octaua Nouembris vnus anni, & Quadraginta dierum Pelagius Papa omni die Quadraginta octo annorum; & totidem Quadragenarum S. Gregorius, S. Silueſter Alexander Nicolaus, Pelagius, Honorius, & Ioannes Romani Pontifices quilibet eorum omni die ſeptem millia Annorum Viſitantibus, & manus porrigentibus adiutrices perſonis, Indulgentias, & remiſſiones conceſſerunt, & in Domino relaxarent poſtremo vero in dicta Eccleſia ſancti Sebaſtiani ſingulis cuiuslibet Menſis Maij Dominicis

Indulgētiæ ſine numero.

Indulg. per multæ.

diebus

diebus eſt Plenaria Indulgentia, & omnium peccatorum remiſſio, necnon ab aſcenſione Domini Noſtri Ieſu Chriſti vſq. ad N. Auguſti, omni die quatuor Millium Annorum conſequentur Indulgent. prout prædicta omnia auctoritatæ dictæ noſtræ Curiæ ex quibuſdam antiquiſsimis litteris ſcripturis, & tabulis in eadem Eccleſia S. Sebaſtiani, & illius Monaſterio exiſtentibus necnon Cronicis Romanis ad futuram rei memoriam extracta, & in actis dictæ noſtræ Curiæ authentice annotata; & regiſtratata fuerunt, nouiſſime vero fel. rec. Leo decimus, qui antea Abbati, dicti Monaſterij pro tempore exiſtenti Chriſti fidelium Largitiones exigendi, & commiſſarios ad id deputandi, ac confraternitates inſtituendi, & confratres in illis recipiendi licentiam, & facultatem conceſſerat primo, & deinde omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones Eccleſiæ, & perſonis huiuſmodi per illius prædeceſſores, & Sãctos Romanos Pontifices quomodolibet conceſſas Confirmauerat eaſdem Indulgentias, & literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis confirmauit, & de nouo moderno, & pro tempore exiſtenti eiuſdem Monaſterii Abbati Capellas, & Eccleſias ac altaria S. Sebaſtiani nomine erigendi, truncos in Eccleſiis ponendi, & Confeſsionalia, in forma quinterni Cancellariæ Apoſtolicæ deſcripta concedendi, & indulgendi, eaſdem publicandi necnon illas, & Stationes vrbis, ac remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum quas etiam porrigen. manus adiutrices perſonis quibuſuis conceſſit quibuſcumque Capellis, & Confraternitatibus erectis, & erigendis, quas Monaſterio prædicto, & illius Abbati pro tempore exiſtenti pleno iure ſubeſſe voluit concedendi, & præsbteros, qui ab omnibus caſibus contentis in Bulla Cœnæ Domini duntaxat

exceptis abſoluant,& Plenariam remiſſionem impendant, & vota quæcumq. vltra marino Viſitationis liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Vrbe, ac S. Iacobi in compoſtella, necnon Religionis, & caſtitatis votis duntaxat exceptis commutare poſſint deputandi cum certis inhibitionibus, & voluntatibus, ac mandatis licentiam, & facultatem etiam conceſſit, poſtremo vero Sanctiſsimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Clemens Papa ſeptimus prædeceſſorum ſuorum veſtigiis in herens priuilegia, indulta, & Indulgentias Ioanni Abbati ac dicto Monaſterio, & illius Confratribus conceſſas auctoritate Apoſtolica confirmauit, prout in diuerſis literis Apoſtolicis deſuper confectis ac ſupplicationibus exinde manu propria ipſius Leonis Papæ ſignatis plenius continetur: CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam Rationi congruit, & honeſtati cõuenit, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu literæ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerunt, ſuum debitum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem perferre Leonem Papam decimum prædeceſſorem noſtrum accepto, qui licet S. Silueſter, S. Sixtus, S. Gregorius, & piæ memoriæ Clemens ſextus, ac diuerſi alij Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri Chriſti fidelibus Eccleſiam Monaſterij ad Romanam Eccleſiam, nullo medio pertinen. Sancti Sebaſtiani ad Cathecumbas extra muros vrbis Ciſtercien. Ordinis cui dilectus filius Ioannes Lunellus ipſius Monaſterij Abbas etiam tunc præeſſe dignoſcebatur, certis tunc expreſſis temporibus, & diebus deuotè Viſitantibus, & ad illius ædificiorum reſtaurationem, reparationem, & manutentionem etiã ex longius partibus manus adiutrices porrigentibus, & de bonis ſuis tranſmittentibus quamplures

etiam plenarias Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conceſſiſſent, ad huiuſmodi Indulg. & remiſſionem per piæ memoriæ Iulium Papam ſecundum etiam prædeceſſorem noſtrum, ac etiam per eundem Leonem cum certis decretis, declarationibus, & mandatis inhibition. etiam ſub ſententijs, cenſuris, & pœnis, ac certis modo, & forma tunc expreſſis, ita quod prædictus Ioannes, & pro tẽpore exiſtens dicti Monaſterij Abbas Chriſti Fidelium Largitiones exigen. & confraternitates inſtituere, ac cõfratres in illis prout catenus conſueuerat admittere, & commiſſarios ſeu Vicarios, ac negotiorum geſtores pro eiuſdem largitionibus exquirendis, tam per Religioſos quam per ſæculares quos idoneos reperiret deputare poſſit, approbare poſſit, & confirmare, ac ſi de nouo conceſſæ fuiſſent, cum autem poſtmodum dictus Leo prædeceſſor noſter nonnullas alias Indulgentias pro Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de dicta Vrbe ſeu ſancta Cruciata forſan conceſsiſſet, & illis durantibus quaſcumq; alias Indulgentias quibus ſuis aliis Eccleſiis Monaſteriis, & piis locis conceſſas per diuerſas ſuas etiam in forma breuis literas ſuſpendiſſet, propter ſuſpenſionem huiuſmodi Chriſti fideles prædicti à deuotionæ Eccleſiæ Monaſterii Sancti Sebaſtiani huiuſmodi, & largitionibus illi erogandis retrahebantur, ſeu retrahi poterant præfatus Leo prædeceſſor qui de Gregis dominici ſuæ curæ diuina diſpenſatione commiſsi ſedula meditatione ſingulos fideles Gregis eiuſdem ad deuotionis ſinceritatem piaque, meritoria opera præſertim erga Religioſa loca exercenda in ducere totis conatibus, exquirebat, & propterea fidelibus eiſdem conceſſas remiſſiones, & Indulgentias approbabat, & eos ad id aliis remiſſionibus, & indulgen. inuitabat, vt per temporalia, quo erogarent præmia fe-

licitatis æterna conſequi mererentur, eorumq. prædeceſſorum veſtigijs inhærens, ac Eccleſiam Monaſterij Sancti Sebaſtiani huiuſmodi quæ Patriarchalis, & vna ex ſeptem principalibus dictæ Vrbis Eccleſijs exiſtebat in eius decentia conſeruari, ac eoſdem Chriſti Fideles ad animarum ſuarum profectum excitari capien. necnon indulgen. & peccatorum remiſſiones Eccleſiæ Monaſterij S. Sebaſtiani huiuſmodi, & Chriſti Fidelibus illam viſitantibus ac manus porrigentibus adiutrices quomodolibet conceſſas nullatenus in præfatis aut quibuſuis aliis ſuſpẽſionis, & literis Apoſtolicis pro Fabrica, & Cruciata huiuſmodi factis, & conceſſis ac in poſterum ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis faciendis, & concedendis comprehenſas eſſe nec comprehendi debere, ſed eiſdem ſuſpenſionibus in eo in quo antequam ſuſpenſiones, & literæ huiuſmodi pro tempore emanarent quomodolibet erant roboris permanſiſſe, & permanere in omnibus, & per omnia perinde ac ſi nullatenus emanaſſent, nec in poſterum emanarent toties eo ipſo declarans, & decernens, ac quoties illæ emanarent toties eo ipſo in præſtinum ſtatum reſtituens eiuſdem Ioannis, Abbatis, qui dilecti filii Laurentij tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum Præſbiteri Cardinalis Maioris Penitentiarii noſtri obſequiis inſiſten. ipſius Leonis prædeceſſoris Prælatus domeſticus tunc exiſtebat, in ea parte ſupplicationibus inclinati ſub data videlicet N. Decembris Pontificatus ſui Anno nono omnes, & ſingulas Indulgentias, ac peccatorum remiſſiones, ac conceſſiones, & gratias, necnon facultates, literas Priuilegia, & indulta præfato Monaſterio; & illius Abbati pro tempore exiſtenti, necnon Eccleſiæ eiuſdem ac Chriſti fidelibus, illam viſitantibus; & ad illius manutentionem manus porrigentibus adiutrices, ac de

bonis

bonis vndecumq; tranſmitentibus per quoſcumq; Romanos Pontifices prædeceſſores, ac etiam per ipſum Leonem prædeceſſorem ſub quibuſuis tenoribus, & formis quomodolibet conceſſas, & conceſſa cum omnibus, ſingulis declarationibus, inhibitionibus, decretis, & clauſulis in eis contentæ auctoritate Apoſtolica approbauit, & confirmauit, & innouauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuit, eaq; omnia de nouo conceſſit, & nihilominus, vt Chriſti fidelium eorum de animarum ſalute fructuoſius conſuleretur de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſus omnibus, & confeſſis ſeu propoſitũ confitendi habentibus qui Eccleſiam Sancti Sebaſtiani huiuſmodi ſingulis quadrageſimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus quibus ſtationes Eccleſiarum Vrbis, & extra eius muros huiuſmodi celebrari ſolebant deuotè viſitarent, & ad præmiſſa manus adiutrices porrigerent, ac confratribus cõfraternitatis eiuſdem Sancti Sebaſtiani nec non ſenibus, valetudinarijs, mulieribus prægnantibus, & alijs legitimo impedimẽto detentis perſonis quę de bonis ſuis ad Abbatis illius pro tempore exiſtentis, ſeu ab eo pro tempore deputati Vicarij arbitrium erogarent, & tranſmitterent vt omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequerentur, quas conſequi poſſent ſi eiſdem temporibus, & diebus Baſilicas, & Eccleſias huiuſmodi ad id deputatas perſonaliter viſitarent dicta auctoritate indulſit, & in ſuper eiſdem Chriſti fidelibus qui in feſto eiuſdem Sancti Sebaſtiani, & ſingulis cuiuſlibet anni diebus Dominicis dictam Eccleſiam deuote viſitarent, & vt præfertur manus porrigerent adiutrices confratribus ſenibus, valetudinarijs mulieribus, & perſonis huiuſmodi tranſmittentibus pro feſto, & ſingu-

lis Dominicis diebus prædictis quibus id facerent, remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum ſuorum eadem auctoritate conceſſit, & elargitus fuit,& vt ad pręmiſſa fideles ipſi aptiores redderentur prædictis Ioanni, & pro tempore exiſtenti eiuſdem monaſterij Abbati, ac Vicarijs ab eo, & pro tempore deputatis in feſto diebus, & temporibus etiam ſtationũ huiuſmodi tot ſæculares, aut quorumuis ordinum etiam mendicantium regulares quod neceſſarijs forent confeſſores idoneos qui in feſto diebus, & temporibus prædictis eorumdem fidelium confeſſionibus diligenter auditis ipſos, & eorum ſingulos, ab omnibus, & ſingulos eorum peccatis, criminibus exceſſibus, & delictis, quantuncumq. grauibus, & enormibus, etiam ſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica merito foret conſulenda contentis in literis in die Cænæ Domini legi conſuetis duntaxat exceptis, etiam in alia pietatis opera commutare, ac iuramenta quæcumq; relaxare. Nec non ſemel in vita, & in mortis articulo plenariam etiam in exceptis caſibus prædictis remiſſionem impendere valerent, Nec non omnes, & ſingulas remiſſiones Eccleſiæ Monaſterij huiuſmodi, & fidelibus illam viſitantibus, ac manus porrigentibus adiutrices, ac tranſmittentibus vt præfertur quomodolibet conceſſas quibuſuis Eccleſijs, capellis, & confraternitatibus ſub nomine, & inuocatione Sancti Sebaſtiani huiuſmodi tunc, & pro tempore dicatis quos Monaſterio, & Ioanni, ac pro tempore exiſtenti illius Abbati præfatis immediatè ſubiecit, & pleno iure ſubeſſe voluit concedendi, & elargiendi, ac ingeñ. eaſdem in quibuſuis partibus illis, in quibuſuis durantibus indulgentijs pro dicta fabrica conceſſis ſimiles elargitiones pro eadem fabrica exquirebantur, & exigebantur exceptis publicandi, & confeſſionalia in forma quinterni Can-

cellariæ Apoſt. deſcripta eiſdē fidelibus cōcedendi,& trū cos ſeu areas in locis congruis ordinādi, ac capellas ſub eiuſdem S. Sebaſtiani nomine erigēdi licētiā,& facultatē conceſſit, ac indulgñ. huiuſmodi ſi illas per eum, aut ſuc ceſſores ſuos Romanos Pontifices ratione cruciatæ, aut anni Iubilei, vel ei reuocari ſeu ſuſpendi contigerint, anno Iubilei, vel cruciatæ huiuſmodi elapſo de ſuper conficiendas ac omnia, & ſingula in eis contenta in ſuo robore, & ſtatu priſtino, ac ſi illæ reuocatæ, vel ſuſpenſæ non fuiſſent abſq; aliarum literarum de ſuper expeditione eo ipſo reſtitutas eſſe decreuit, nec non quibuſuis Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & alijs locorum ordinarijs, eorumq; officialibus, & Vicarijs in ſpiritualibus Generalibus, & Commeſſarijs etiam pro dicta fabrica, ac miniſtris, prioribus, Prouincialibus, Guardianis Capitulis, Conuentibus, & eorum Canonicis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis ſub excommunicationis ſententia, ne Vicarios, ſeu Commiſſarios, & Procuratores ab ipſo Ioanne, & pro tempore exiſtente Abbate tunc, & pro tempore deputatos ſuper huiuſmodi indulgeñ. publicationum, & elargitionum Chriſti fidelium perceptione, & exactione, ac trunchorum deputatione, ac Capellaniarum erectione, & confeſſionalium, ac præmiſſorum omnium conceſſione impedire, ſeu ab eis pro licentijs aut litteris de ſuper obtinendis vltra vnum ducatum exigere, aut conceſſis contrauenire, ſeu aliàs contra præmiſſa facere quoquomodo preſumerent inhibuit, ac eis ſub eiſdem ſententijs vt indulgeñ. publicare, & truchos deputare, capellas erigere, & confeſſionalia concedere modo præmiſſo permitterent, ipſiq; ordinariis, & officialibus, ac Vicariis, vt literas de ſuper opportunas Vicarijs ſeu commiſſarijs, ac pro

viatoribus Abbatis huiuſmodi concederent,& traderent, nec non confratribus prædictis hactenus receptis, & in poſterum recipiendis, vt ſe Vicarijs Abbatibus huiuſmodi ſingulis annis confratres reuelarent, & de nouo inſcriberent, ac eiſdem Commiſſarijs deputatis, & deputandis pro tempore, vt ſingulis annis litteras, libros, Codices,cartas,& alia inſtrumenta quæcumq; ratione indulgeñ. & exactionum elargitionum prædictarum ipſis Vicarijs ſeu Commiſſarijs per dictum Abbatem pro tempore exiſtentem conceſſa, & tradita Abbati, aut perſone per eum deputandæ conſignarent, & de omnibus rationem redderent diſtrictius præcipit, & nihilominus voluit certis iudicibus dari in mandatis, quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præmiſſa omnia, & ſingula vbi, & quando opus foret, ac quoties pro parte Ioannis, & pro tempore exiſtentis Abbatis, & Commiſſariorum, Vicariorum, & procuratorum pro tempore deputatorum de ſuper requiſit, forent ſolemniter publicañ. ac in eis præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſſiſteñ præmiſſa omnia, & ſingula per excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendæ, & alias Eccleſiaſticas ſententias cenſuras,etiam pecuniarias,& temporales nec non beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, & ſæcularium priuationis pęnas ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, nec non ipſos Vicarios Abbatem, & Commiſſarios, ſeu procuratores deſuper per quoſcumq; quomodolibet impediri ſeu moleſtari permitterent nec non indulgentias ptãs in quibuſuis diœceſibus, & locis in quibus pro dicta fabrica largitiones huiuſmodi non exigebã tur vel exquirebantur excuſationibus quibuſuis ceſſantibus publicari auctoritate Apoſtolica facerent, contradictores quoslibet, & rebelles per eaſdẽ cenſuras,& pœnas

appel-

appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtañ.conſti tutionibus, ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq. contrarijs quibuſcumq;. Quo circa Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Toletann, & dilectis filijs S. Gregorij de Vrbe, ac Sanctę Genoueſæ Pariſiñ. Monaſteriorum Abbatibus per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis, & Abbatis, & pro tempore exiſtentis Abbatis Comiſſariorum, Vicariorum, & pro tempore deputatorum prædictorum de ſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicañ. eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſteñ. præmiſſa omnia, & ſingula per excommunicationis latæ ſententiæ, vt præfertur incurreñ, & alias Eccleſiaſticas ſententias, & cenſuras, ac etiam pecuniarias, & temporales nec non beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, & ſæcularium priuationis pœnas ab omnibus inuiolabiliter obſeruari; ac dictas indulgentias in quibuſuis locis in quibus prædicta fabrica largitiones non exiguntur, vel requiruntur, quibuſuis ceſſantibus excuſationibus auctoritate noſtra publicent, & publicari faueant, contradictores quoſlibet, & rebelles, per eaſdem cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendo iuxta voluntatem Leonis prędeceſſoris huiuſmodi nō obſtañ. omnibus ſupradictis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. XXIII. vj. Kal. Decemb. Ponti-

ficatus noſtri anno primo. Tenor vero litterarum felicis rec. Pauli Papæ iij. confirmationis, & reualiditionis Indulgentiæ prædictæ ſequitur, & eſt talis à tergo videlicet, Dilecto filio Ioanni Lunellio Abbati Monaſterij Sancti Sebaſtiani ad Cathecumbas extra muros Vrbis Ciſtercieñ ordinis. Paulus Papa tertius. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam Benedictiouem. Et ſi Eccleſijs Monaſterijs quibuslibet, ex debito Paſtoralis offitij nos propitios, & fauorabiles exhiberi deceat ad Monaſterium tamen Sancti Sebaſtiani ad Cathecumbas extra muros Vrbis Ciſtercienſis ordinis, quod ad Romanam Eccleſiam nullo medio, & cuius Eccleſia vna ex ſeptem principalibus Vrbis Eccleſijs exiſtit, & à ſingulis Chriſti fidelibus in maxima veneratione habetur eo libentius ſolertiæ noſtræ curas dirigentes: ijs quæ illi per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa, vt perpetuam firmitatem roboris abtineant Apoſtolici muniminis præſidium propenſius impartimur; exponi ſi quidem nobis nuper feciſti, quod aliàs Sanctus Gregorius, Sanctus Sylueſter, & fel. re. Alexander, & Nicolaus, & Pelagius, nec non Honorius tertius, & Ioannes vigeſimus ſecundus, ac Leo Decimus, nec non Adrianus ſextus, & Clemẽs ſeptimus, ac alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri diuerſas conceſſas exceptiones conſeruatorias, immunitates gratias, & indulta Monaſterio, & Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani huiuſmodi, & illorum perſonis conceſſerunt, & per eorum aliquos conceſſa approbarunt, & innouarunt. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſti, vt conceſſionibus exemptionibus conſeruatorijs, immunitatibus, prærogatiuis priuilegijs, & indultis huiuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori robore Apoſtolicæ confirmationis adijcere dignaremur. Nos igitur Monaſterio, & Eccleſiæ Mo

naſterij

naſterij Sancti Sebaſtiani huiuſmodi felici ſucceſſui conſulere volentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati exẽptiones, conceſſiones conſeruatorias, immunitates, prę-rogatiuas, priuilegia, indulgentias gratias, & indulta huiuſmodi, ac deſuper confectas litteras, & inde ſequuta quæcumq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte, Tua auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus mandante Venerabilibus fratribus Caſetañ. Gagetañ. & Feltieñ. Epiſcopis, quatenus ipſi vel duo, aut vnus etiam per ſe vel alium ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte tua fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, tibiq; in præmiſſi s efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciat auctoritate noſtra conceſſiones facultates gratias, immunitatis, conſeruatorias huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari, non permittentes, eos quos litteræ ipſe concernunt deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores, & moleſtatores per cẽ-ſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtañ. conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcumq. aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Appoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annullo Piſcatoris, die vigeſima ſexta Ianuarij anni Mileſimi quingẽteſimi trigeſimi ſeptimi, Pontificatus noſtri anno tertio. Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Abbati, & Conuentui Monaſterij S. Sebaſtiani ad Cathecumbas prope, & extra muros Vrbis Ciſtercieñ. ordinis ſalutem, & Apoſto-

licam

licam benedictionem, Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum tàm vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum ea propter dilecti in Domino filij veſtri iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates à nobis, & fe. record. Iulio ij. Leone x. Clemente vij. ac alijs Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſiuè per priuilegia, & indulta vobis, & Monaſterio veſtro, ac in illo auctoritate Apoſtolica inſtrutæ Confraternitatis illiuſque confratribus, & benefatoribus præſentibus, & futuris conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus Regibus, & principibus, ac alijs Chriſti fidelibus vobis, & Monaſterio veſtro, ac confraternitati nec non confratribus, & benefactoribus prædictis rationabiliter indultas ſicuti eas iuſte, & pacifice poſſidetis vobis, & Monaſterio veſtro, ac Confraternitati nec non confratribus, & benefactoribus præfatis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communicationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctũ Petrum anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingẽtiſimo quadrageſimo octauo quarto N. Martij Pontificatus noſtri anno quintodecimo.

Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs Abbati, & Conuentui Monaſterij Sancti Sebaſtiani ad Cathecumbas prope, & extra muros Vrbis Ciſtercieñ. ordinis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Cum à no-

bis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum tam vigor æqui tatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinē officij noſtri addebitum perducatur effectum ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, immunitates, gratias, & conceſſiones, à Fel. rec. Iulio ij. Leone x. Clemēte vij. Paulo iij. & alijs prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus in priuilegijs, & alijs indultis ſeu litteris eorumdem Vrbis, & Monaſterio veſtro, ac in illo auctoritate Apoſtolica inſtitutæ confraternitatis illiuſq; Confratribus, & benefactoribus præſentibus, & futuris communiter conceſſa, necnon libertates, gratias, & exceptiones ſæcularium exactionum ab Imperatoribus Regibus & Principibus, ac alijs Chriſti fidelibus, & perſonis quibuſcunq; vobis, & Monaſterio veſtro, ac confraternitati, nec non confratribus, & benefactoribus prædictis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M.D. LIV. pridie Non. Aprilis Pontific. noſtri Anno quinto. Quibus quidem litteris Apoſtolicis ſic in dicto libro Monaſterij Sancti Sebaſtiani deſcriptis, & manibus diuerſorū Notariorum publicorum ſubſcriptis, & collationatis diligenter inſpectis ad requiſitionem R. P. D. Ioannis Lunelli Epiſcopi, & Abbatis dicti Monaſterij S. Sebaſtiani, per Notarium publicum ſcribamq; noſtrum infraſcriptū ipſas tranſumi, & exemplari, & in hanc publicam tran-

ſumpti formam redigi mandauimus, decernentes, & volentes, vt huic præſenti noſtro tranſumpto, ſiuè exemplo plena, & indubitata fides vbilibet, & aliàs vbi opportunum fuerit adhibeatur; ipſumq; tranſumptum fidem faciat, & illi ſtetur, ac ſi ipſæ litteræ originales exhiberētur, quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis auctoritatem noſtram, & dictæ Curiæ noſtræ ordinariam pariter, & decretum interponendum duximus interpoſuimus præſentium per tenorem Michael Bonellus Miſeratione diuina tituli Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus Vniuerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis pariter, & audituris fidem facimus, & atteſtamur qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa quintus, dum die Martis vndecima præſentis menſis Feb. eſſet in Eccleſia Monaſterij Sancti Sebaſtiani, ad Cathecumbas extra, & prope Vrbis muros ad quam viſitandam deuotionis cauſſa perſonaliter acceſſerat, ſupplicationibus dilecti nobis in Chriſto Alexandri Raſtelli moderni dicti Monaſterij Abbatis ſibi deſuper humiliter porrectis inclinatus cupiēſq; vt Chriſti fidelium deuotio, ac eamdem Eccleſiam (quæ una ex ſeptem principalibus huius almæ Vrbis exiſtit) eo magis in dies creſcat quanto maioribus indultis, & ſpiritualibus gratijs decorata reperiatur. Omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus ad eandem Eccleſiam pro tempore accedētibus quiquinq; illius Altaria, videlicet, Sancti Sacramenti, & Sancti Sebaſtiani, ac Sancti Fabiani, necnon reliquiarum, ſeu fragmentorum diuerſorum Sanctorum Martyrum, atq; Domini Noſtri Ieſu Chriſti Crucifixi intra dictam Eccleſiam conſiſtentia deuotè viſitauerint, & in eis, & eorum quolibet pro

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ felici ſtatu, & illius, ac orthodoxæ fidei augmento, & propagatione præces ad Deum effunderint quoties id fecerint omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones cōſequantur quas ſeptem Altaria priuilegiata nuncupata in Baſilicis Sancti Petri in vaticano, & Sancti Ioannis Latheranenſis, ac Sancti Pauli, ac alijs Eccleſijs extra, & intra muros Vrbis prædictæ pro ſtationibus conſequendis deputata viſitando conſequerentur viuæ vocis oraculo publicè perpetuo conceſſit, & indulſit, ac eodem oraculo deſuper nobis facto huiuſmodi conceſſionem, & indultum per nos publicari mandauit. In quorum fidem præſentes literas fieri, ſigilliq; noſtri appenſione communiri iuſſimus. Datum Romæ in Palatio Apoſtolico, die vndecima menſis Februarij, anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, Pontificatus eiuſdem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno ſecundo, F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus Octauianus Brigidus ſecretarius loco ✠ ſigilli. Quibus quidem literis Apoſtolicis ſic vt ſupra regiſtratis deſcriptis, & collationatis, ac diligenter inſpectis ad requiſitionem prædicti Monaſterij, & fratrum Beatæ Mariæ de Populo per Notarium publicum ſcribamq. noſtrum ipſas tranſumi, & exemplari, ac in hanc publicam tranſumpti formam redigi mandauimus, decernentes, & volentes vt huic præſenti noſtro tranſumpto ſiue exemplo plena, & indubitata fides vbilibet, & alias vbi opportunum fuerit adhibeatur, ipſumq. tranſumptum fidem faciat, & illi ſtetur, ac ſi ipſæ literæ originales exhiberentur. Quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis auctoritatem noſtram, & dictæ Curiæ noſtræ ordinationem pariter, & decretum

interponeñ. duximus, & interpoſuimus præſentium per tenorem. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum has præſentes noſtras literas ſiuè præſens publicum tranſumpti inſtrumentum exinde fieri, & per dictum Notarium, & dictæ Curiæ ſcribam infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandamus, ſigilliq; noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum Romæ in ædibus noſtris, ſub anno à Natiuitate Domini M D. LXXXXVI. indictione nona die vere vigſima ſeptima menſis Ianuarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis diuina prouidentia Papæ octaui anno quarto. Et ego Simon Gugnetus Clericus Tulleñ. diœc. publicus Apoſtolica auctoritate, nec non Curiæ cauſarum Reuerendiſſ. D. Almæ Vrbis Vicarij, Notarius quia præmiſſis interfui, Ideo huiuſmodi tranſumptum ſubſcripſi, & publicaui rogatus loco ✠ Sigili Approbo, Idem Ioannes Auguſtinus Tull.

Et quia præmiſſis omnibus, & ſingulis interfuit R. Ioãnes Gugnettus Clericus Tulleñ. Diœceſis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſ. Domini ſuæ Sanctitatis Vicarij Notarius Ideo ego Ioannes Auguſtinus Tullius Laicus Sabineñ. publicus Dei gratia, & Apoſtolica auctoritate notarius, & in eiuſdem Domini in officio Actuarius, hoc præſens tranſumpti inſtrumentum ſubſcripſi ſignumq; meum appoſui conſuetum rogatus, & requiſitus.

Sixtus v. P. M. Eccl. S. M de Pop. titul. fecit.

Idem Sixtus v. Pont. Max. Sanciuit, vt ſucceſſores ſui ſaltem ter in anno. in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo Capellam ſollemnem celebrarent, obliſcum etiam omnium pulcherrimum ante ipſam ædem in ſignum ſuæ deuotionis. erga illam præſurgere iuſſit, tandem eam titularem fecit, & primus titularis ab eo inſtitutus fuit.

Illu-

Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus DD. Ptholomeus Comenſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presby. Card. at quia factus fuit Epiſcopus Tuſculanus titulum dimiſit, & ab eodem. Summo Pontific. Sixto V. fuit inſtitutus Illuſtriſſimus DD. Scipio Gonzaga, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presby. Card. qui erat etiam totius Religionis Auguſtinianæ Protector. Illuſtriſ.tit. Eccl. S. M. de Pop.

A Sanctiſſimo autem Clemente octauo inſtituitus fuit Illuſtriſſimus Octauius Aqua Viua, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presb. Card.



GREGORIVS XIIII·PONT·MAX·

Card. Gonzag. annuens benigne votis à quibuſlibet pijs Sacerdotibus ad Altare maius Capellę S. M.de Pop. inter ſeptem Capellas Pontificales loco S.Sebaſt.ab eius prædeceſſore connumeratæ, in qua ſolis Pontific. celebrare licebat ob peculiarem omnium in Virginem pietatem ſacram rem fieri permiſit.

DIlecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem, Cum ex decreto fel. rec. Sixti Papæ v. prædeceſſoris noſtri Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo, Almæ Vrbis ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini, loco Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani, ad Cathecumbas extra muros Vrbis quæ vna ex ſeptem maioribus Eccleſijs ipſius Vrbis exiſtit ſubſtituta, & Capella ad maius Altare, ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, inter ſeptem Põtificales Capellas eiuſdem Sancti Sebaſtiani Capellæ maioris loco connumerata exiſtat, & in ea Pontificales Miſſæ hactenus celebratæ fuerint, & propterea tibi qui tituli ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, Presbyter Cardinalis exiſtis, & ad eam magnum deuotionis affectum geris, & in ipſa maiori Capella aliquando Miſſam celebrare cupis, ac pijs Religioſis Sacerdotibus propter quãdam eorum peculiarem deuotionẽ ad ipſius maioris Capellæ Altare ſacrificare cupientibus, & Miſſam celebrare non liceat, abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, Nos tuam perſonam in huiuſmodi pio deſiderio confouere, & etiam aliorum Religioſorum Sæcularium, & Regularium pium deſiderium ad Dei Laudem, & animarum ſalutem amplecti volentes, tuis nobis ſuper hoc ſupplicationibus porrectis moti, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, tu & pro tempore exiſtens tituli dictæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, & fratres dictæ Domus, & quiuis alij ſacerdotes, tàm ſæculares, quàm quorumuis ordinum regulares Miſſas, & alia diuina officia ad Altare maius Pontificalis Capellæ dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ libere, & licite, & abſq; vllo cenſurarũ Eccleſiaſticarum incurſu celebrare valeas, & ipſi valeant tibi, ac pro tempore exiſtentibus tituli ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Præsbyteris Cardinalibus, ac ſecularibus, Scipio Gõzaga Card.

& re-

& regularibus perſonis prædictis, & eorum ſingulis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium de ſpeciali gratia perpetuo concedimus, & Indulgemus, ac plenam, & liberam licentiam impartimur. Non obſtañ. præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & dicti Sixti prædeceſſoris literis Apoſtolicis ſuper dicto decreto confectis cæteriſque contraris quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris. Die quinta Septembris, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Pontificatus Noſtri Anno primo.

*M. Veſtrim Barbianus.*



CLEMENS VIII·PAPA FLOREN.

Anno Incarnationis D.1597. iij.nonas Iulij Pont. ſui Anno vj. conceſſit vnũ ampliſſ. Iubileum ad diuinã opẽ pro pace inter Reges,ac Principes Chriſtianos,& Eccl.neceſſitatibus implorandam, & ad hoc rite ſuſcipiendum vnam ex duabus Eccl. S.M. de Pop. viſitandã inſtituit.

PRæfatus Pontifex Clemens ob multa Reipub. Chriſtianæ emolumenta futura, diuino propè conſilio, Ferraria Sedis Apoſtolicæ reſtituta, per illuſtrem Ciuitatem proficiſcendi Sanctiſſima Euchariſtia reuertenter mula euecta, certum conſilium pro tempore cepit, vbi cum aliquot commoratus eſſet menſes per actis, quæ ſecum ſapienter corde geſtabat maximi momenti negotijs Almam Vrbem reuerti cogitauit; ſed ſicuti eunti Pontifici Sacramentum magna vbique locorum præibat ſolemnitate ita eidem fauſtæ redeunti, non minori immo clariori vbique gentium præuium incedebat apparatu, quod quippè Venerabile Sacramentum, Sanctiſſimus Pater ſumma qua Virginem Glorioſiſſimam de Populo, proſequitur pietate, per Portam Flaminiam ingredi, ac in Templo intemeratæ Virginis Mariæ publice adorari, & reponi voluit. Iſto ſequenti ordine, vt cætera magnifica huc ſpectatia ſilentio inuoluam, Quatuor ſtabāt Patres illius Conuentus maiores inſignibus veſtimentis albis induti, qui illud e mulis depoſitum, quam honorifice in Altare maius quod omnium clariſſimum extabat ſimulq; foris, & intus feſtiuitatem inſolitam tota præſeferente Eccleſia, deportarunt. Quo facto nil quicquam aliud quam buccinarum, organi, tubarum rumor audiebatur, bomborum emiſſiones, tot tamq; fuere magnorū, vt terra tremeret, corda palpitarent hominum, atque ad agendas Deo gratias, aut vi, aut mouerentur amore, Tandem Eccellens cępit audiri muſica cantores dulciter hymnos cantantes melos dabant Deo gloriæ, & proindè Muſica completa, ac oratione dicta ab Illuſtriſſimo Cardinal Ruſticuccio remanſit in Altari maiori ad horam, vſq; diei ſequentis decimam octauam. Alta voce declarata decem Annorum Indulgentiarum conceſſione

his,

his, qui, & tunc die ſequenti proximo aſſociaturi eſſent Sanctiſſimam Euchariſtiam. Quarè hora xviij. Clero, & Populo ibi congregatis ſolemni proceſſione illinc admotum Sacramentum, à quatuor camprædiolis, quomodo & ordine venerat Ferraria in D. Petri Eccleſiam Baſilicam iiſdem mulis euectum fuit, & maior foret exhibitus honos niſi magna temporis iniuria impedimento fuiſſet; Nec vix collocatum fuit in Altari maiori S. Petri, Summus Pontifex ad Portam de Populo peruenerit, qui longam, & ardentem orationem ingreſſus Templum S. M. quam non vnico ſed alijs per auxerat benefitijs fecerat, qua abſoluta mulam viriliter aſcendit prędictæ proceſſionis veſtigium proſecuuturus ad vnguem, atq; omnibus Suæ Sanctitatis videndæ copiam facturus.

# EX ILLVSTRIORIBVS

*tumulorum Epitaphijs, quæ eo Eccleſiam S. M. de Populo præclarius decorant quo tum virorum tum mulierum præſtantiorum exiſtunt huc aliqua in hunc ordinem redacta ſunt.*

Et in maiorem Lectoris commoditatem collecta.

## A.

ALphonſo Salares Hiſpano I.V. ac ſacrarum literarum Doc. eximio Ap. Sedis Prothonotar. tam ſecundæ fortunæ moderatori, quam aduerſæ contemptori corporis animiq; muneribus egregie ornato, & vt in omni vitæ actione, ita in acerbiſſima morte inuicto.

Damianus Zurilla conſobrino benemerito poſuit ob fragilitatis exemplum, tot noctium vigilias, tot dierum labores, teterrima mors repente inuoluit vixit ann. 42. men. 6.

Alphonſo Nere Prothonot. ſecretario, & ſcriptori Apoſtolico Archidiacono de Alcaraz in Eccleſia Toletana 44. annorum Curiali continuo Reuerendiſſ. D.R.Cardinalis S. Georgij clienti fideliſſimo, ac officioſiſſimo, fide intacta probitate ſingulari moribuſq; facillimis.

Franciſcus Nere ſcriptor Apoſtolicus patruo dulciſſimo

amantiſſimo, beneficioq; ex teſtamento, ac ſibi poſte-riſq; ſuis pôſuit vixit ann. 64. men. 6. dies 14. obijt die 3. Martij 1516.

Aluiſio Capræ patria Mediolanenſi Decretor. Doct. & Epiſcopo Piſaurien. S.D.N. Referendario, ac Cancellariæ Apoſt. Regenti, iuris peritia, integritate, nobilitate, ac magnis meritis præclaro, Heredes poſ. vixit 61. men. 7. dies 20. obijt 14. Auguſti 1499.

Pro lactis dono pro totq. laboribus vrnam
Alphonſina tibi filia grata dedit.
Filia quæ tecum hoc ſub marmore claudier
Et lathe ſinduram fataq. ſæua negat.
Tu elyſios cum nato, & coniuge campos
Ipſa ego in humanis ſola relicta malis.
Sed non longa mihi debitur monumen per redotho
Sirenu & rumpet triſtitia filia dolor.

Alphonſinæ Ruberti Vrſini filiæ quæ ſub diuo Leonele viro obijt anno poſt coniugem Petrum Medicen̄. quinto, & decimo poſt Laurentium filium Vrbini Ducem, primo clariſſimi Philippi Strozzi vxor matri cariſſimæ ſui ſexus exemplo ab diuo Clemente magni patri filio poſuit vixit ann. 48. men. 10. die 7.

Alexandro Ambeç Celario Patritio Bononien̄. diuini humani I. V. conſultiſſimo, & ſcriptori Ap. qui in Vrbe Roma à cauſis agendis primarius ſpem clientis. magnum à ſuo noſtro exemplum integritatis, vix an. 52. obijt anno 1511.

Auguſtino à Prato Aimoni &c. eo qui vixit an. 40. obijt xij. Oct. 1593. Alexandra Bonella vxor, & hęres ex teſtamento poſuit.

Andreæ Naccheri noci Senen̄. fido mercatori Baptiſta Schiegia vx. non ſine Lacr. poſ. vix. ann. 52. men. 10.

die 22. obijt die 22. Decemb. 1581.

Andreæ Pintaſſi mercatori Florentino, & fide, & integritate incomparabili ad immortalem vitam apto, Iulia filia patri optimo benemerenti poſ. obijt 27. Maij 1547. vix. ann. 75. men. 1. dies 3.

Aluardus Roderici Decanus Bracharenſis R. D. Bracharenſe Archiepiſcopo gratus F. I. 1477. ij. Ianuarij.

Angelicæ Leonoræ de Montefranco pudicitia, & charitatis omnibus exemplum, quæ ob coniugalis dilectionis viciſſitudinem continuis lachrymis deſideratur obijt die 3. Oct. 1593. ætatis ſuæ 47. Antonius Taſſa coniugi amantiſſimæ poſuit.

Antonio Nigrono de Puteis viro intigerrimo qui dum vixit, multis multa conſtruxit, moriens monumentum iſtud ſibi poſteriſq. ſuis conſtruendum reliquit Baptiſta de Liuis ex ſorore nepos, & ex teſtamento heres auunculo benemeren. poſuit ann. Domini 1569. 14. Kal. Decemb. ætatis ſuæ 53.

Antonio de Vanicellis Eretino literar. Apoſt. ſcript. & Comitti Palatinus Sancta con. B. M. P. obijt annum ſæculari an. agens 50. amicis benefacere ſemper ſtudioſus fuit.

Aloyſio Prouanæ domi Carignano natione Subalpino, Ciui Romano Cubiculario Pij iv. Pont. M. viro pio, nobili, probo induſtriæ Chriſtophorus M. Antonius, & Eran. patri Hieronyma coniugi Georgius fratri, &c. vixit an. 49. obijt die 28. Octob. 1574.

Alphonſo Gutierrenſi V. I. Doctori ex oppido de Medina del Campo Salamantiñ. diœceſis orion. omni genere virtutum ornatiſſimo, & in amicos liberaliſſimo Philippus de Villa verde licentiatus Archidiac de Aillonen̄. & Canonicæ Eccleſiæ Seguntineñ. amico be-

nemerenti poſuit vixit an. 35. obijt die 12. Decembris 1586.

Archileo Albano Bergom. Hieronymi Card. Albani conſanguineo, & intimo familiari; qui cum in vita ei accuratè inſeruiens ſemper aſsiſteret, propeq; ſtaret, ſic quaſi poſt mortem, ſi fas eſt dicere, famulareter, etiã apud eius pedes poni mandauit, obijt ann. ætatis ſuæ 57. Octob. 1598. Cæſar Palazolius amico optimo mærens poſuit.

Aſcanio Mariæ Sfortiæ Vicecomiti Franciſci Sfortiæ, inſub. Ducis F. Diaconi Card. S.R.E. Vicecancellar. in ſecundis rebus moderatori, in aduerſis ſummo viro vixit ann. 50. men. 2. die 25. Iulius ij. Pontifex Max. virtutum memor honeſtiſsimarum contentionum oblitus Sacello à fundamentis erecto poſuit M.D.V.

Antoniotto Pallauicino Genuenſi Epiſcopo Præneſtiñ. S.R.E.Card.S.Praxedis ſub Innocentio viij. Alexandro vj. Iulio ij.

Ampliſsimis legationibus maximiſq; reipublicæ muneribus ſumma cum laude probitatis,atq; prudentiæ perfuncto, Io. Bapt. Abb. S. Ant. Gen. V.S. refert,& Babilanus Pallauicini fratres, ob diſturbatam veteris ſepulchri Sedem in vaticanæ apſidis demolitione, vt eodem tumuli loco cum Io. Bapt.fratris filio Card. Conſideretur tranſlatis oſsibus pro perpetuo poſ. 1596.

Ambroſius motta Sauoianus adhuc vita fungens nouiſſimum Reſurrectionis diem expectans, pro ſe eiuſque vxore, ac ſucceſſoribus ſuis hoc monumentum fieri curauit anno ſalut. Domini 1579. xv. Febr.

Alphonſo Naldeoburdeſio nobili Gallo flaminia oriundo vixit ann. 40. men.xj. die 12. obijt xj. Kal. Aprilis 1585. Philibertus, & Fabritius filij Patri opt. PP.

D. Immortalis Antonio Ribeiro Luſitano V. C. Archidiacono Bracharenſi Theſauri Viſenſis Eccleſiæ præf. ſpectata domi foriſq; virtute, & fide Paulus Emilius, Riberio patri optimè de ſe merito f. c. vix. ann. 62. men 9. obijt an. ſalutis 1562. Kal. Ianuarij.

Alexandro Cancellario V. I. Doct. Archidiacono Alexādrino, & Prothonotario Apoſt. ſingulari in omnes beneficentia imcomparabili in ſuos charitate, atq; omni genere laudis ornatiſsimo Pio v. Pont. Max. alijſque principibus gratiſsimo, Federicus Cancellarius eiuſdem Pio v. Pont. Cubicularius patruo benemerito po ſuit vixit an. 48. obijt nonis Mai 1567.

Virg. Abbatonio Sabino integritate, & fidei præſtanti, qui annum agens 44. ſubita morte extinctus eſt Robertus Abbatonius fratri dulciſſimo bene merenti ſe. anno à Chriſto nato 1551.

Sepulchrum Andreæ Nicchi de Nouaria, qui obijt 21. Septemb. 1548.

## B:

BArtol. Belencin. nobilis Mutin. vtriuſq. iuris cōſul. Apoſt. Sedis Cappel. Auditor Rotæ inſignis vere bonis, & iuſtus ob. anno ſalutis 1478. 7. Iunij vixit ann. 50.

Beltrando Conſtabili Rainaldi fi. Epiſcopo Hadrieñ. viro ſummæ grauitatis, literaturæ exiſtimationis cui propter morum Sanctitatem Eſtenſes Principes Arcana regni conſilia credidere quiq; multos annos legatione induſtriæ functus ſub Leone x. Pont. Max. annos natus prope tres, & 60. orator in Vrbe obijt Antonius frater cum & ipſe orator ad Clementem vij.

veniſ-

veniſſet, incomparabili pietate tumulum ex humili loco in hanc ſpeciem reſtaurauit.

Baptiſta de Graſſis de Carauaggio vltimi iuditij memor ſibi, & Heliſabet eius vxori, ſuiſq; poſteris ſepulchrū hoc viuens P. Anno Domini 1593.

Bernardino Heluino Ep. Anglon. Pauli iij. Pont. Max. Theſau. General. Dionora ſoror, & Camillus cariſſimus Dionoræ vir optimè merito, f. vix. an. 44. die 41. deceſſit 1548. Quin. idus Iulij.

Bernardino Lonati Sancti Ciriaci in Thermis, Diacono Car. Fortuna generoſos Natales natura corporis dignitatem, animiq; ſolertiam, virtus vero vt in patrum Honoratiſſimorum collegium cooptaretur indulſerat, qui cum in dies, & foris, & domi egregiam pro S. R. E. nauando operam, prudentia, conſtantia fide maior inſurgeret, ætatis ſuæ 45. Sacerdotij vero quarto anno è tanta rerū expectatione immatura morte ſurripitur.

Blondò Albergutio Mutineñ. præpoſito Eccleſiæ fauentin. viro Religione morum probitate, atq; in rebus agēdis induſtria præſtanti Produl. Pij Car. Carp. famil. intimo, & cariſſimo Ioannes Albergutius fratri ſuauiſſimo, & de ſe benemerito moer. poſ. vixit ann. 36. men. 2. obijt ann. 1551. men. Iunij.

Bernardo Paci Maioricēſi vetere pacum familia equeſtri nobilitate ornato Philoſophicę, Theologicæq; diſciplinæ peritiſſimo qui dum Romæ degit annum agens 25. caſtiſſime moritur. Dominicus Ruuereus Card. tituli S. Clementis clienti B. M. poſuit anno à Chriſtianis Natalibus 1490.

Sepulchrum Bartholomæi de Andreis Parmenſis, & ſuorum hęredum anno 1578.

Sepulchrum Baptiſtæ Vegæ Hiporedieñ. & Dominicæ

Romanæ,eius coniugis,ſuorumq; ſucceſſorum, in quo Angelus eorum filius Romanus ciuis extat vixit ann. 31. men. 1. dies 21. obijt prima die Nouemb. 1575. an. Iubilei quod Baptiſta,& Dñcas viuẽtes fecerunt.

Bonifacio Grangiæ Rupenſi Cameræ auditor. Notario in primis fide,vitæ,ac famæ inculpatæ viro Laura Copſia coniux. 1500.

Baldaſario Iacobono c. R. viro integerrimo benemerito prudenti, ac in ſuos omnes, pauperesq; inſigni pietate Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Vercellẽſi. ſatis iucundo,& grato qui obijt iv. Kal. Septẽb. 1579. 27. agens annum;Gaſpari eius fratri pari qualitate ornato, qui etiam è vita migrauit 8. idus Ianuarij ætatis ſuæ anno 29. Horatius mæſtiſſimus pater tam ipſis,quã ſibi,& poſteris multis cum lachrimis poni curauit.

Vis tibi poſt mortem firmas promittere ſedes,
Ante oculos ſemper fulmina mortis habe.

Ioanni Conſtantino prothonotario Apoſt. Canonico Gebens. Iulij ſecundi Pont. Max. familiari P. Conſtantinus meſtiſſimo fratri optatiſſimo benemerenti poſuit.vixit anno 48.men. 6. dies 10. obijt 4. Nonas Ianuarij anno ſalutis Chriſti 1508.

Blandus vt hos ſimili fratres comitante nepote
Arſq; duos eadem.in corpore iunxit amor.
Hegia ſic poſtquam ſuperũ ad phoegetonta coegit.
Ire ſub hoc voluit marmore quiſq; tegi.
Clauditur hac igitur bonus, & Antonius Vrna
Inſignis,quorum fama perennis erit.

## C.

CHriſtophoro Ioannis Aſtenſi proth. Apoſt. qui cùm vitæ probitate, fide, morumq; ſuauitate oẽs in ſui amorem accendiſſet, tum apud Max. Pont. longa ſerie à Paulo iij. vſq; ad Pium iv. familiariter, & honorifice verſatus, Sabaudienſium monteſq; ferrati tegulos continuis obſequijs proſequutus fuerit, vt vbique ſumma ſemper omnium beneuolentia vixit, ita corũdem pari deſiderio Romæ ſenex ſupra octuageſimum a. obijt Aloyſius Prouana de Carignano heres ex teſtamento moeſtiſſ. poſuit 1565.

Carolo Trauerſario Epiſcopo Signino ob conſtitutã dotem trium locorum montis fid. Almæ Vrbis Sacro cœnobio Deipare Virg. de populo, vt ſemel in ebdomada pro eius anima celebretur.

Chriſtophoro Ruuereo tt. S. Vitalis Presbyt. Card. doctrina, moribus, ac Pietate inſigni, Dominicus Sixti iv. Pont. Max. beneficio mox tituli ſucceſſor, ac muneris fratri B. M. & ſibi poſ. vix. ann. 43 men. 7. dies 19. ob. ann. viij. Pont. Sixtis. Kal. Februarij.

Cui Ferraria patria, & fides, & virtus omnis amica, qui Britannos Germanoſq; adijt, ſimul ferocem, & viſit pannona barbaraſq; gẽtes ergo Religionis; hoc ſepulchrũ
Montini tenet oſſa Floriani.

Floriano Montino Ferrarienſi viro integerrimo, qui vixit ann. 53. men. 4. dies 11. Michael, & Flauius fratres filij patruo benemerenti poſuere 1534. die 12. Maij.

Chriſtophoro Manaræ Bergomenſi frugi, ac probo viro confraternitas SS. Barthlolomei, & Alexandri nationis Bergomenſis heres ex teſtamento poſuit. obiit 5. Idus Auguſti 1590. annos natus circiter 70.

Camillo Caſtro Mediano nobili viro I. V. D. ad ſuperos reuertenti huius cænobij fratres plurimis ab ipſo beneficijs acceptis gratitudinis pietatis ergo monumētū poſuere. Deſijt viuere anno ætatis ſuæ 32. vt viueret in perpetuum obijt xiv. Kal. Octob. 1574.

Catherinæ Lucianæ de Macharanis, pudicitia prudentia pietateq; ſingulari ornatæ vixit ann. 29. obiit 9. Ianuarij 1591. Ioannes Baptiſta Maccharanus vxori chariſſimæ, & B. M. poſuit.

Catherina Parda Luſitana viuens ſepulchrum hoc ſibi parauit, memorq; ſalutis animarum ſuæ, Dionoræ, Matris, ac Iſabellæ ſororis. donauit fratribus huius cœnobij loca viginti montifidei cum onere maritandi perpetuo tres puellas annis ſingulis, necnon celebrandi Miſſas quatuor qualibet hebdomada an. ſalutis 1571.

Caroli Trauerſari ſignorum Pont. oſſa ſub hoc lapide ad diem vſq; nouiſſimum molliter cubant, & anima interim ab huius ædis ſacerdotibus in ara max. ſemel in hebdomada re diuina expiatur, pro eoq; heredes ære ex aſſe dempto ſuper montem fidei Almæ Vrbis tricent. aureis prouentus, quod ipſe viuens inſtituerat, eiſdem ad eum vſq; diem pie aſsignat, vixit ann. 60. obijt die 15. Ianuarij 1552. eadem dies, & ortum præbuit, & occaſum.

Camillæ Bonuiſiæ Lucenſi nobilitate generis fama corporis morum amabilitate, pudicitia, prudentia religione admirabili Vicentius Parentius ad vocatus conſiſtoriaſis coniux coniugi vnanimi, qua cum triginta ſex annos nullis vnquā queſtis, ne leuiter quidē tentata cōcordia vixit meſtiſſ. poſ. vixit ann. 53. obijt an. ſal. 1579.

Chriſtophoris Gulielmi Repararoli de Refracoris Montisferrati adhuc vita fungēs Antonię Lorę Sergianeñ.

vxori cariſsimæ iam defunctæ ſibiq. & ſuis ſucceſſoribus hoc monumentum fieri curauit ann. ſalutis 1567. xiv. Kal. Iunij.

Claudia de Stripigin mulier nobilis Cathalaunen̄. Diœceſsis in Ciuitate Meten. à teneris annis educata, quę antequam correpta morte fuiſſet ob deuotionē quam gerebat erga Beatam Virginem Dei genitricem corpus ſuum in hoc templo inhumari inſtituit vix an. 45. obiit die 27. Iunij 1579.

Cæſari Seriuſtio F. Patritio Lucen. I. C. Antonij Car. Saulij ſecretario, qui tum ob egregium anni ferè 18. Nauatam operam, illi ſemper chariſſ. fuerat, Nicolaus & Pompeius fratres mæſtiſſ. poſſ. obijt ann. ſal. 1500. vix e cōclaui egreſſus menſe Octob. ætatis ſuæ 43.

D.

DOminicæ Patauinæ fœminæ probæ, & officioſæ, quę cum digna fuiſſet amari, & honorari vixit ann. 71. men. 5. obijt die 23. Maij 1591. Ioannes Maria de Capellis Ferrarienſis vir eius hoc ſepulchrum morienti poſuit.

Hic Iacet Venerabilis vir Dominicus Mailetti Pręsbyter Meteni Litterarum Sacræ penit. procurator qui obijt die 2. men. ſept. 1472.

Diſcite mortales miſerum contemnere mundum
Veſtraque Sydereo corda leuate polo. Puluis & vmbra ſumus amici patria Galetia genusq. nobile de ficulneis minuſculuſq. trans antros Archidiaconus in Midonenſis, & Haurienſis Eccleſijs Canonicus nec virtutis inops tegor hic quæſo viator, dic augæ Ioannes ſecula cuncta vale anno 1460. menſis Maij die 8.

E.

EDuardo Cicadæ Patrio Genuenſi Epiſcopo Sagoneñ. ob Religionem, Pietatem, innocentiam, & vitæ integritatem vniuerſæ Ro. Cú. cariſſ. qui quod diu cum laurentio Cardinale Conſanguineo è regione ſepulto cóiunctiſſ. vixerat. aſſiſtẽtib. eius heredibus in eodẽ ſacello aucto illius cẽſu humari iuſſit, Io. Baptiſta Cicadæ Epiſc. Albinganeñ. Pontificijs, & Fiſcalibus cauſis audieñ. præfectus patruo bene merenti poſuit vixit ann. 72. dies 8. obijt anno ſal. 1545. v. Kalend. Decembris.

F.

FRanciſco Mariæ Bãbotio, & Hippolitæ Spadæ coniugibus Mutineñ. & Rom. Ciui. ac Iulio, & federico de Bambocijs Rom. eorumq. filijs moribus, & viris nobiliſſimis probitate, & integritate præſtanti, genitoribus, & fratribus ſuis optimis, & benemerentibus mæſtiſs. Alex. Bambocius Rom. vtriuſq. Iuris Doctor ex fide, pietate, & charitate, quam viuens ſibi, & pro Camilla de dominicis eius vxore, poſteris, familiæq. ex incerto huius migrationis euentu, pro certiſſimi futuri Iuditij expectatione poni curauit Ann. Domini 1558. die 16. Maij.

Hoſpes diſce nouum mortis genus, improba felis
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

Franciſco Tauaruallis Soletano V. I. Doctor Archipræſbiter Paredes de Ouadio æccſios Paimjnæ, qui vix. ann. quinquagintaamen. 3. dies 8. Obijt prid. Id. Aprilis 1458. Franciſcus Sancij de Palenzuella Archidiaconus de Alua, & Canonicus in Eccleſia Salamayna

amico vnico dilecto, P. C.

Domum hanc ſibi, & heredibus ſuis. Philippus Lucatellus Bergomenſis dum vixit, elegit vixit 62. obijt Oct. Kalen. Ianuarij Bernardinus eius dilectus filius votum patris perfecit ann. 1585.

Flammettæ Strotiæ Alphōſi fi. deſideratiſſimę vxori Pau, Ant. Soderinus poſ. meni. ſep. anno 1047.

Franciſco Abundio Caſtellion Mediolen̄. Hieron. Senator. Mediol. præſidis filio S. R. E. Præsb. Card. Celeſtini 4. Pont. Max. Octauiani Gottifredi brandæ, & & Ioannis Card. Di. Gentili, Pio iv. Pont. Max. valdè caro, atque ab eodem, ob fidē & pietatem quā Epiſc. Robien̄. in Trident. Concilio præſtitit, in ampliſſimum Collegium cooptatò vixit ann. 45. obijt 18. Kal. Decemb. Ioſef. Caſtellion. I. C. heres patruelli, & Ioanni Iacobo Archiepiſc. Barenſi patruo commune M. P.

Franciſco Marentio Bergomi, & Brixia ciui. æquiti ſancti Petri Romæ per multos annos laudabiliter commorato mortem cogitanti hoc loco ad ſepulturam ſibi delecto die 25. Iunij an. 1595. Aetatis vero ſuę 77. defuncto Camillus Marentius nobilis Bergomen̄. ex Teſtamento hæres affini de ſe optime merito Ponen. curauit.

Franciſco Gauden Gallo, natione Cenomano Patria laicali literarum Apoſtolicarum ſcriptori, abbreuiatori, & ſollecitatori uiro integerrimo, qui vixit Annos 74. men 3. dies 28. obijt die 28. Aprilis 1535.

G.

GAſpari Lælio de Terano diuini Humaniq; I. V. Cōſultiſſ. cauſar. Sacri Palatij Auditori, in eo magi-

ſtratu multos per annos ſumma cum integritatis, & iuſtitiæ apud omnes nationes fama verſato.

Lelius de Therano ſcriptor, & abbre. Apoſtol. heres quoq; ſuprema eius voluntate ob pietatem relictus pa truo B. M. P. vix. 77. anno Natalis Chriſti 1382. 5. non. Octob.

Gente Trottus patria Ferrarieñ. bullarum magiſter ſecretarius, & prothonotarius A.P.P. Leonellus contegor hoc tumulo.

Gundiſaluo de Herdia Archidiacono de Valderas Eccl. Legioneñ. Michael de Raides ſcript. Archidiaconus B. M. poſuit.

Gaſpari Caualier Mercatori Antuerpieñ. probæ indolis, & optimæ ſpe adoleſcenti, ſed primo ætatis flore ſuis haud parum dolentibus immature extincto, vixit ann. 16. obijt 5. idus Iulij anno à Chriſto nato 1540. Romoldos Cauallierus mercator fratri dulciſſimo optimeq; merito poſuit, & ſibi ſuiſq; poſteriſq; eorum.

Gundiſaluus Zamorẽſis ex quo deſijt eſſe, hic tegitur rerum opificem qui põteſt hoc præcatur maxime, vt, ad quod genitus eſt puro candore redeat vix. an. 53. men. 4. die 12. uil. 1493.

Glorioſæ Mariæ ſemper Virgini Guglielmus de Perrerijs auditor obſidie anno 1497.

Georgius Cardinalis Portugal. hanc capellam diuæ Catherinæ dicauit, dotemq. dedit, alia etiam bona ob ſuã in Virginem ſingularem deuotionem huic monaſterio Religioſe contulit an. D. 1479.

Georgius Archiepiſ. Bracharen. qui dum Romæ ob pietatem fratris ſeruitijs inhæreret, immature eripitur. Georg. Epiſc. Tuſculanus Card. Portugal. munus quod ab eo optabat contulit.

Georg.

Georg. Luſitan. Epiſc. Portuen. S. R. E. Card. Vlixponen. virtutis, doctrinæq; ergo in Regiam adſcitus, ac multis domi, foriſq. pręclaris facinoribus ęditis, ad Regni procurationem prouectus à Sixto iv. in ſenatũ adlectus, Romamq; adiectus magnam ingenij, pietatis prudentiæq. laudem adeptus ſub Iulio ij. Pont. Max. quem vnice dilexit, & obſeruauit ann. agens ſecundum ſupra centeſimum, obijt 1508.

Georgio Catullo Ciui Sauonen. Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum erga omnes officioſiſſimo, qui cum per annum 25. quibus ſacerdotio functus eſt pro Eccleſia ſua, opera, ſumma fide, prudẽtia, & vigilantia nauaſſet, diem clauſit extremum oct. Kal. Septemb. an. agẽs 53. executores Teſtam. poſſ. anno ſalutis 1571.

H.

Hieronymo Baſſo Sauonenſi Sixti iv. Pontif. Max. ſororis filio Epiſcopo Sabinenſi Cardinali ricinnat. in omni vita conſtanti, integro Religioſo, Iulius ij. Pontif. Max. amitino ſuo B.M. poſuit 1507.

Hieronymo Foſcaro Marci f. Epiſc. Torcellano Petrus frater pô. vixit ann. 57. obijt 4. nonas Ianuarij 1563.

Hieronymus de Borgne Clericus Camaracen. Diœceſis, cubicularius, & ſcutifer Apoſtolicus, regiſtriq; ſupplicationum Apoſtolicarum ſcriptor, vt terram erogans, cœlum emeret, bona ſua Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Populo, vbi corpus eius conditum eſt: teſtamento legauit hac conditione, vt in ea quotidie duæ Miſſæ pro animæ ſuæ ſalute in perpetuum celebrentur. vixit ann. 65. obijt die 17. men. Martij an. Domini 1589.

Heſter Maluitius Bononienſis eques Hyeroſolimitanus Theſeo, Beſſarioni, ac Marco Antonio de Maluitijs fratribus bene merentibus ſibiq; ex teſtamẽto facien-

dum reliquit anno Chriſtianæ ſalutis 1438. vixit ann. 41. men. 5. dies 4.

Hippolitus Botius Baldi I.V. D.I.D. Nicolao de Tolentino protegente: hic quieſcit ann. 1583.

Quem nullum latuit ſtudium uis nulla loquendi.
Vrna fecit celebrem quantula Nicolaum.
Hic meruit poſt te certas Hieronyme laudes.
Alter honos, & ſpes illius ora tibi.
Occidit ann. viuit Præſul Parca improba viuit;
Non timet vt rapias parua modruſa decus.

Franciſca conſobrino B.M. tertij ord. S. Frãciſci regul. f.

I.

IO. Baptiſtæ Rotæ Pedemont. ob eius animi candorem, & eximiam iuris Prudentiam à Pio iv. Pont. Max. inter ſacræ Rotæ patres ad numerato, Petrus, & Ioannes fratri amantiſſ. poſuerunt. vix. ann. 53. obijt 3. Kalend. Octo. 1564.

Io. Bapt. Mellino vtriuſq; iuris conſult. quem ob eius Religionem, prudentiam, iuſtitiam, meritaq; erga ſedem Apoſtolicam Sixtus iv. Pont. Max. congratulautibus omnibus in numerum Cardinalium retulit, Petrus Mellinus fratri B. M. Poſuit.

Is vbi Legatus poſt mortem Galeacij Ducis inſubrium, ligurumq; res turbatas compoſuiſſet, 73. ætatis anno moritur incredibili de ſe apud omnes deſiderio relicto, vale qui legis, & opta, vt multi huic viro per ſimiles humano dentur generi, obijt anno Domini 1478. nono Kal. Auguſti.

Inicus Picolomineus Arragon. Amalfitanorũ Dux Marchio Capiſtrani, Celani Comes, ac in Regno Neapolitano magnus iuſtitiarius, vir eximia pietate, ac Religione hic teſtamento condi ſe iuſſit, vixit ann. 43. obijt

ann. ſalut. 1566.

Io. de Caſtro Illuſtri citerioris Hiſpaniæ familia San. Priſcæ Præsb. Card. Agrigentino ab Alexandro vj. Pont. ob conſilium, humanitatem Innocentiamq; in Senatū aſcito, & in eo annos decem integerrime verſato qui vixit an. 75. men. 6. die 7.

Io Bapt. Pallauicino Genuenſi S.R.E. ad titulum S. Apollinaris Card. Cauallicenſis Antoniotti Card. S. Praxedis ex fratre nepoti eximia iuris ſcientia, & bonarum literarum cognitione præſtanti per omnes forenſium dignitatum gradus ad Cardinalatum eucto, à Leone x. Adriano vj. Clemente vij. ad ſummas res adhibito in honorum curſu immatura morte prærepto. Io. Bapt. vtr. ſign. refer. & Babilanus Pallauicini fratres Patruo magno bene de familia merito memoriæ cauſſa Poſſ. 1596. vixit annos 44. obijt an. ſal. 1524. Idibus Aug.

Io. Baptiſtæ Cicadæ Genuen. Epiſcopo Sabinen. S.R.E. Card. S. Clementis viro ingenij acumine, & vbertate conſilij admirabili omnium officioſiſſ. Iur. rerumq. Vrbanarum, & forenſium vſu, ac intelligentia peritiſſ. libertatis Eccleſiaſticæ defenſori ſtudioſſ. Carolus Cicada Epiſcopus Albinganen. hæres ex teſtamento patruo B. M. Poſ. vixit ann. 60. obijt die 8. Aprilis 1570.

Ioanni de Ruere Sixti iv. Pont. Max. ſororio Ciui Sauonen. ordinis equeſtris, qui vixit ann. 80. men. 8. die 10. Hier. Card. recanen. Franciſcus Prior Pizanus Bartholomæus filij ſuperſtites patri benemer. poſuerunt, obijt 1583. die 17. Auguſti.

Io. Hieronymo Albano Bergomati Cardinali Iuriſconſulto, generis nobilitate, morum elegantia, vitæ ſplendore Monimentis ingenij, doctrinæq; cariſſimo, Reip. Venetæ Collaterali generali, Matrimonio, ac cælibatu aſpe-

ris,ac ſecundis rebus çquè probato,Catholicæ Religionis ægregio dictis,factiſq; aſſertori, ac vindici ob eas res à Pio v. ſummo Pontifice difficillimis populi Chriſtiani temporibus in collegium Cardinalium adſcito, in ſentẽtijs dicẽdis facundia,grauitate, ſapientia ſingulari extrema iam ætate pios inter amplexus carorũ, & oſcula ſenſim extincto. Io.Dominicus Cæſ.Comes parenti optimè meritò p. vixit ann. 83. obijt 7. Kal. Maias ann. ſal. 1591.

Io. Ortegæ Comieli Burgen. Epiſc. potent. ab Alexand. vj. ob fidei integritatem, ac iuris peritiam ſupplicib. libel. ſubnotandis (Datarium vocant) præfecto,necnõ literis Ap. maioris præſ. diſtand. 12. viro ſecretario, ac ſubdiacono Ap. & ſummarum Magiſtro, alijſq. honeſtis munerib. egregiè functo, cuius mors immatura totius Hiſpaniæ ſpem maximam fefellit.

Fran. Gomiel pietatis memor fratri op. poſſ. vixit anni. 41. men. 2. dies 24. nunc viator, & humanis rebus tranſillum fide.

Ioannes Sebaſtiani Liſij Florentini expectans nouiſſimum diẽ ſibi, poſteriſq; poſuit. an. ætatis ſuæ 52. obijt die 9.

Io. Bapt. Arcatorio Taurinenſi Equiti D.Pauli,ſcutifero, cubicularioq; Apoſtolico. Rotç Notario,fide,probitate,ſolertia,officioq; præſtanti,qui vixit an. 50. obijt pridie Kal. Octob. 1560. Victoria Valletta R. coniugi cariſſima multis cum lachrymis poſ.

Io. Mileti decretorum profeſſori,natione lothoringo propoſito Haſalacen. Argentinen. dioc.& Canonico Tullen. ac audientiæ literarum Apoſtolicarum contradictarum procuratori.

Ioannes Rale nepos decretor. doctor,& literarum Apoſtolicarum ſcriptor auunculo B. M. poſ. vixit an. 72. Sedi

Apoſtolicæ an. 42. inſeruiens, obiit 8. Auguſti 1485.

Ioanni Moniſtardi Philippi, & Caroli Ducum Burgundiæ conſiliario, Epiſcopo Tornacen. Sixti iv. & Innocentij octaui Ro. Pontif. magiſtro domus, fide, & magnis meritis inſigni deſignato etiam in Hiſpanias pro cauſſa fidei legato ex teſtamẽto, obijt an. ſal. 1491. die 17. Aug.

Ioſeph Bonipetrus Nouarien. Nic. Maſſutius Recataricn. Iulius Altobellus Mutinen. teſtamen. executores PP. vixit an. 81. men. 1. dies 16. Deceſſit idibus Oct. 1580.

Ioanni Fontanæ è Pago Calmerij Comenſis ſpectatæ indolis adoleſcentulo, immatura morte perempto vixit an. 17. men. 7. obiit 6. Kal. Feb. 1591.

Franciſcus Pater filio dulciſſimo mæſtiſſimus poſuit, monumentumq. ſibi ac poſteris ſuis elegit.

Ioanni Petro Gritto regiſtratori ſupplicationum, iuueni omni virtutum genere ornatiſſimo, & Siluerio Gritto optimæ expectationis adoleſcenti, Bart. Grittus filijs dulciſſimis poſuit. Siluerius vixit an. 17. men. 6. dies 22. obijt 3. Idus Ianuarij an. ſal. 1523. Ioannes Petrus vixit an. 34. men. 9. dies 5. deceſſit v. Kal. Aprilis eiuſdem anni.

Hic iacet in tumulo nobilis, ac memoriæ laudabilis iuuenis Ioannes de Hahouſorie qui Domini Card. Morinenſis ſcutifer, atq; cõfiditiſſimus familiaris extitit, debitum carnis perſoluit anno Domini 1450. die tertiadecima menſis Maij.

Hic requieſcit corpus venerabilis Domini Ioannis Sinon Biſuntinæ, & Camaracenſi Eccleſiarum Canonici, literarum Apoſt. ſcriptoris, ac Reueren. Patris Domini Ioannis Card. Morinenſis familiaris, qui obijt an. Domini 1446. Die vigeſima quinta menſis Nouembris cuius anima requieſcat in pace.

Sepulchrum venerabilis viri magiſtri Ioannis Machere decretor. Doctoris Plebani,& Canonici Eccleſiæ Beatæ Mariæ Antuerpien. camaracen. diœc. & in regiſtro ſupplicationum Domini noſtri Papæ ſcriptoris, qui obiit die 8. menſis Iulii anno Domini 1478. cuius anima requieſcat in pace.

R. Decret. Doct. D.Ymberto de Laye familia Galliæ nobiliſſ. Biterren. Canonico, Apoſtolicoq; Prothonot, ac Epiſcop. Sancti Pauli de Francia perpetuo miniſtratori frugi, pio, caſto, & prudenti, integraque probitate Chriſtianiſſ. Regi Franc. dilecto. Dominicus Canis Venetus Doctor Patauinen. ſtudiorum conſuetudine deuinctus ſocio, atq; amico B.M. poſ. vixit an. 50. obiit anno Domini 1479.

Virginis Mariæ cultor nobilis genere, ac virtutum, & honeſtatis amator D. Ioannes Plure Archidiaconus Brixiæ, Cabilonen. & eiuſdem, ac Biſuntanenſi, necnon Eduenſis Eccleſiarum canonicus ſub hoc ſaxo requieuit, anima vero vitam petijt æternam prima Iulij 1478. orate pro eo.

Hic iacet Innocentius de Creſi ſcientia, moribus, & genere nobiliſſimus, & præclarus Chriſtianiſſ. Francorum Regis Eleemoſinarius, Eccleſiarum Camaracen. & Biſuntanen. Canonicus, qui obijt 22. Iunii 1478. anima eius requieſcat in pace.

Iacobũ de Bellis Taurinen. Pontific. piſtrinæ per annos 40. à Paulo iij. vſq; ad Gregorium xiij. Pontifi. Max. omnium applauſu præfectum ſolertiſſime an. 60. agentem Lucia vxor mœſtiſſim. ex aſſe hęres hoc marmore contexit.

Iacobo Grotta Romano mercatori Ripalî fide, ac integritate ſingulari ornatiſſimo qui vixit ann. 33. menſ. 5.

dies 9. Siluerius Prata amico cariſſimo executor teſtam poſ. die 15. Nouemb. 1573.

Ioanni Chriſtophoro medico ob excellentem ſcientiam vitæ integritatẽ, morum ſuauitatem omnibus cariſſ. Antonius Pater, & Petrus frater mæſtiſſimi. poſ. vixit ann. quadrageſimoprimo men. 4. dies 13. obijt 8. Iulii 1575.

Iaodamiæ Caniſianæ Florentinæ tam pudicitia, quam genere graui, Sebaſtianus Montecutus coniugi cariſſ. Mœrens bene merenti poſſ. vixit ann. 35. menſ. decem dies 16. obiit 4. Kalendas Nouembis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto.

Iacobo Zannuſchæ Brixiano à Burgo nouo viro frugi, ſolerti, ac pio, qui cũ res ſuas piis locis, pauperibusq; largiretur, eius anima, ſubinde prodeũtibus annis, relicto humi corpore, celeſtem euolauit in patriam. vixit ann. 60. obiit Non. Kalend. Febr. ann. DCI 596. pietatis ergo memoriæ cuſtodes, ac ſodales venerabilis Archioſpitalis incurabilium Sãcti Iacobi ex teſtat. hæredes ſibi ipſis benemer. Hoc ſarcophago pietate pari conſtrauerunt.

Hic iacet vir genere Illuſtris, vitæq; integritate conſpicuus Reuerendiſſ. Dominus Ignatius de Villalobos Epiſcopus Souillacenſis.

Ioanni Ant. Caluio ſummæ, atq; notiſſimæ pietatis, integritatiſq; viro, qui obiit vi. Idus Septemb. 1590. ann. agens 49. firmus frater, & Lucretia Iacobonia vxor mœſtiſſ. poſ. ſibiq; & poſteris.

Ioãna Roſarii, & Ant. eius Paſchuali filius Barth. de Preſbyteris, Matthæus Magnanus, Marcus ant de Angelis & Cinthia puella omnes adhuc viuentes, ſed mortis tamen non immemores hunc pro corporibus ſuis locũ

ſuorum hęredum, vſq; ad expremam iuditii diem vnanimes elegere anno humanæ ſalut. 1576. prid. Idus Aprilis.

Io. cognomento Certadellis Epiſc. Agrigentino Reuer. R. Borgiæ Viceeanc. Vice functo plurimorum Pont. refer. Beata virgo hæres teſt. merito poſuit ob eius deuotionē, & gratiā erga famæ deuotionem vix. ann. 70. men. 8. dies 5. obiit 8. Febr. 1479. Sixto iv. P. M. 1.

F. Io. Bapt. Piſcator Nouarienſis eques Hyeroſolimitanus eo genere, & rebus geſtis clarus Romæ ſeptuagenarius opera Hieronymi Piſcatoris nepotis in hoc ſepulchrum infertur A.D. 1575. 18. Februarii.

Iuſto Piſcatori Aldananenſis Fland. eius ſumma fuit in mercatura probitas, & induſtria, & in amicitia obſequium, & fides, in cōuictu venuſtas, & hilaritas: Petrus Piſcator Patruo bene de ſe merito amoris, & obſeruantiæ cauſſa de ſuo f. c. vixit ann. 51. men. 8. dies 10. obiit ann. Domini 1572. poſ. Kal. Auguſti.

Qui leget hunc titulum mœſtus ſuo lector abibit.
Dicet & Vrbanos hic periſſe iocos.

Hic requieſcit nobilis adoleſcens Iacobus de Nouauilla conſanguineus, & familiaris Reuer. in Chriſto Patris Domini Ioannis Card. Morineh. vulgari nuncupati, qui obiit ann. Domini 1446. die 10. Decemb. cuius anima requieſcat in pace.

Iacobo della Cerqua ex Audenardo natione Flandreſi, mercatori fido, & multa probitatis fama in vrbe verſato, cuius in obitu quoq; non eſt oblitus, & Hoſpitalis incurabilium, & omnibus propè vrbis plurimiſq; intra extraq; Italiam piis locis magnis muneribus teſtam. legatis: ſocietas Beati Iacobi beneficiorum memor fratri optimo poſ. vix. ann. 69. men. 5. dies 11.

deſiit

deſiit inter nos eſſe die 8. menſis Iunii 1542.

Iulio Meriſco Romano viro optimo,& integer. architecturæ peritiſſimo, vixit ann. 72. men. 2. obijt 12. Kal. Maij 1587. Paulinæ Maggiæ Romanæ vxori cariſſ. & amantiſſ. vixit ann. 59. obijt 12. Kal. Ianuarij 1573. Bartholomeus,& Bernardinus filij mœren. parentibus optimis, & ſibi ipſi poſteriſq; ſuis poſſ.

L.

LAurentius Cibo Genuenſis Epiſcopus Præneſtinus Sancti Marci Cardinalis Beneuen. Innocentij. viij. Pontif. Max. Nepos, religionis cultor, ita ſe inter viuos conſtantiſſ. geſſit, vt ampliſſimæ dignitatis memor à iuſtitia, fide, & pietate nunquam diſceſſerit, qui tertium & quinquageſſimum agens annum Sāctiſſimè, vt vixit, moritur. Reuerēdiſſimi exequutores G. Portuen. A præneſtin. Epiſcopi, & N. de Fliſco Presbyter Cardin. præmiſſ. poſſ. anno ſalutis Chriſti 1503.

Lucæ Stancolino, ac Ioannæ filiæ ſingularis virtutis puellæ Margarita de Trenſij. coniux mœſtiſſ. ſibiq; viuens, & poſteris ſuis poſuit 1582.

Lucretiæ Virgini vix agenti menſem ſeptimum, & diem 4. ſupra annum 14. ab inopinata morte arreptæ Iacobus Chiribadus Mutinen. genitor mærore fieri confecit ſibiq; poſuit die 9. Septembris 15 1. die 13.

Laurentius Marti Valentinus Canonicus Segobiecen. anno ætatis ſuæ vigeſimo apud Monaſt. Alban. decedens ſpiritu diuæ Virgini, deuotiſſime commendato, oſſa huic templo quietura mandauit.

Lud. Podocataro Ciprio Presbyter. tit. Sanctæ Agathæ Card. Caputaquen. N. Philoſophor. illius tempeſtatis doctiſſ. & eloquentiſſ. in re Eccleſiaſtica gubernanda multos annos difficillimis temporibus ſumma pru-

dentia iuditij, integritatis laude verſato, eiuſq; ergo ampliſſ. dignitatis præmia optimis pa. quibuſq; expoſtulantibus adepto dignoq; omnium ſententia maiora accipere qui maxima eſſet conſequutus. vixit ann. lxxv.

M.

MEmoriæ Ioannis Lupi olim Decani Segobienſis vtriuſq; Iuris conſultiſſ. ac Apoſtolici Prothonotarij moribus, doctrinęq; ſingularis, qui vixit ann. 55. B. M. ſacr.

Mariæ Maheu vxori cariſſ. quæ 18. ſuæ ætatis annum ferè adimplens 3. Idus Nouembris poſt partam ſalutem 1562. immatura morte præerepta fuit Georgius Petri Mercator mechlinienſis mœrens poſuit, ac Elizabettæ Petri proauiæ, qui obijt 10. Kal. Nouemb. an. 1490. piam memoriam renouauit.

Mario Guiduccio, Marij filio ciui Florentino, Simon Guiduccius fratri amantiſſ. & Alexander Donius auunculo B. M. ex teſtam. ponen. curauit vixit ann. 49. men. 2. diem 1. Idibus Auguſti 1572.

Martiæ Iulianæ Cremonen. maximo in Deum, & Deiparam Virginem cultu, pietate, & claritate in proximos admirabili, frugalitate, pudicitia morum ſuauitate, cæteriſq; animi, & corporis dotib. inſigni Lazarus Bealdi Columbi Cremonenſis chirurgi celeberrimi filius Chirurgus, & ipſe coniugi ben. me. fecit, vixit ann. 40. obijt Kal. Iulij anno ſalut. 1577.

Mariano Tutonio Ciui Romano viro probo, cuſtodes Sãcti Iacobi incurabilium, & Sanctiſſ. Trinitate conualeſ. hęredes ex teſtam. poſuerunt vixit ann. 74. obijt ſti. Iunij 1575.

Martino Millerio Archidiacono Gerunden. ac eiuſdem

Vrgen-

Vrgenlen. Elnen. & Toſcen. Eccleſiarum Canonico heredes ſuo amico dulciſſ. B. Meren. ex teſtam. poſuere in Rom. Curia anno 30. integre verſatus, obijt die 20. Septemb. 1474. vixit ann. 56.

Marci planerij Brix. artium Iur. V. I. Pontificij doc. op. Sacræ Pænitentiariæ procuratoris, ac bullarum ſollicitatoris ſolertiſſ. hic oſſa quieſcunt vix. ann. 43. dies 6. obijt anno Chriſti 1498. Idibus Auguſti.

N.

NIcolao Caprolo de Caſtro nouo Portuen. Rom. ciui Religione, induſtria, ac integritate inſigni, qui ætatis ſuæ annum agens 66. obijt 9. Kal. Iulij 1580. Vincentius I.V. Doctor, Muſius, & Marcus Aurelius filij mæſtiſſimi patr. op. ac ben. meren. Io. poſteriſque ſuis maximo cum dolore poſuere.

Nicolaus in Alpibus Cœcijs Epiſcopus Senecis, nobili gente Villanoua ortus 65. ætatis anno Romæ obiens ob fidem in diuam Virginem conteſtat. hic condi voluit ex teſtamento 6. Kal. Nouemb. 1507.

Nicodemo Todino Piſtorienſi, qui Italicis, Gallicisq; bellis fere omnibus operam ſuam fortiter prǽſtitit in Vrſiniorum fide ſemper fuit Franciſcus, & Flaminia filij ac Laura vxor Patri, & coniugi cariſſ. meſtiſſ. poſ. vixit an. 64. ob. 7. Kal. Septemb. 1589.

Nicolao Romanino de Sauez nob. familiæ Cremortet, & Romano viro probo, ſolerti, ac frugi, ac multis honoribus functo patri opt. vixit anno 70. men. 10. dies 5. Artemiſiæ de Sanctis filiæ dulciſſ. vix. ann. xj. men. 3. Hieronymus de Sanctis ſcutifer Apoſtolicus mœrens ſibi poſteriſq. ſuis poſuit anno ſalutis 1572. men. Februarij die 19.

Nicolao Calcaneo Rubeni filio ciui Florentino pro-

batiſſimæ fidei viro.

Nicolettæ Cattaneæ Genuenſi, Petri Franc. filiæ ſpectatiſſ. virtutis, & pudicitiæ Antonius Pallauicinus coniugi vnanimi, ac dulciſſ. multis cum lachrymis poſ. vixit ann. 27. obiit 12. Febr. 1543.

O.

ORpheo Salarchio Bonon. qui ob laudatiſſimas animi dotes ab ampliſſ. veſtro Philippo Boncompagno Cardinali Sancti Sixti in clientelam receptus cũ Antonio Vgolino eius Epiſtolarum magiſtro in his conſcribendis operam daret immatura morte præreptus eſt, idem Antonius alumno cariſſ. merens poſuit vixit an. 24. ob annum ſalutis Hum. 1576.

Nobili ortus genere Oliuarius de Cardilhago infula ſacerdotali inſignitus quem Sãcta Sedes prothonotariũ delegerat hic iacet ex florida ætate ad aſtra vocatus patria Cataçenſi Galliæ R. P. Epiſc. Caſtren. familiaris præcipuus anno gratiæ 1485. Nouemb. 10. cuius anima cum Angelis Dei quieſcat.

P.

PEtro Millino Iur. Conſult. Comiti Palatino omnibus honoribus Vrbis ex ordine, ac pluribus legationibus ſumma felicitate, & ſapientia, functo Celſus, & Marius pie parenti B. M. P. Hic patriæ amicis naturæ, ac ſuperis quæ debuit ad extremum vſq. perſoluit vix. ann. 77. men. xi. dies 21. ann. Dom. 1493. 12. Kal. Aprilis moritur.

Petrus de Medina Referendarius Papæ ſub anno Domini 1549. dotauit celebrationem trium Miſſarum ſingulis ebdomadis in perpetuum pro eius anima per fratres huius monaſterij diebus Lunę Mercurii, & Veneris pro defuncto ad propinquius Altare, huic ſuo ſe-

pulchro celebrandarum.

Hoc in tumulo Placida quieſcit Paula Remedij Biretti Mediolanenſis, vxor venuſta, Hieronymi Bononienſis filia, claraq; vita peracta pudicè trigeſimo quinto anno ad ſuperos, obijt iv. Nonas Decembris 1544.

F. Petro Nicolao Mutio Bergomati Auguſtinianæ Congregationis obſeruantiæ Lombardiæ, Philoſopho, Theologo, Concionatori inſigni, diſciplinæ regularis inſtauratori, ter huius Cœnobij moderatori, ter Vicario General, in quo honore obijt, Romæ, 10. Kal. Septemb. 1596. annum agens 74. F. Parenti optimo poſuerunt.

Petro Perſio ciui Romano, ac mercatori fide, & diligentia raro, ex ſſeurbais Flandriç oriundo, qui cum Romæ mercaturam exercens ann. ætatis ſuæ ageret 47. 6. Idus Decembr. 54. inter viuos eſſe deſijt. Antonius frater, & Maria ſoror hæredes, ac Siluia Mazzinga Romana vxor non ſine lachrymis poſuerunt.

Petro Burgheſio Balfarico, forteza cognomento, genere moribus, & vita claro Deiparæ Virginis Aſſumptæ Archidiacono in Miorengen. Eccleſia, & Canon. Alexandri vj. Pontific. Max. honeſtiſſimo familiarium Conſortio aſcripto: vixit an. 40. obijt Non. Auguſti 1503. Nicolaus Pret. & Antonius, à bello quos teſtam. ſuo moriens præfecit B. M. poſ.

Petro Guglielmo Rocca Valentino Salerni Archiepiſcopo Vtr. I. Conſultiſſ. Sixti iv. Pont. Max. referend. primati, qui obijt ann. Sal. 1482. die 23. oct.

Eternæ memoriæ Petro Roiz de Corella Valentino Comiti nobili, & honorata familia Proton. exact. archidi. inopinata morte ſublato vixit ann. 48. 1518.

Petro Cordoueſio Aurien. Eccleſiæ, Theſaur. Prothonotario Apoſt. morum Comitate, fideiq; integritate omnibus admirabili vix.ann. 55. obijt poſt ſalutem redemptam anno Domini 1512. prid. Kal. Ianuarij Sanctes Sirauus amico obſequentiſſimo merens optimè merenti poſuit.

Petro lupeito Nouarienſi Rotæ Notario eccelentiſſ. diui Donati Mediolanenſis, & Nouarienſi Canonico fide liberalit. vigoreq; animi, Vrbaniſque moribus claro, hæredes pientiſſimi bene merito poſſ. 1598. vltima Martij vixit ann. 64.

Vrna breuis corpus, animam tenet æteris alti
Rector in æternis Gaudijs eſſe Iubens.

Paulo Montorio Harnien. Pauli, & Federici Cæſij. Card. nepoti viro generis nobilitate, morum grauitate, literis, ac Religione præſtanti, mira in rebus agendis ſolertia, gratia apud omnes incomparabili, ſingulari in ſuos munificentia, ac de Chriſti patrimonio optimè merito Conſtantinus frater, & Ioannes Baptiſta nepos hæres ex teſtamento mœrentes poſuerunt, vixit ann. 50. men. xj. dies 14. obijt die 25. Ianuarij 1581. Conſtantinus frater, & Ioannes Baptiſta nepos hęreſ. ex teſtamento merentes poſuerũt vixit ann. 50. men. 2. gior. 14. obijt die 25. Ianuarij 1571.

Paulo Burſano cantori celeberrimo atq; ob id Paulo iij. Pont. Max. gratiſſ. qui vixit annos 43. dies 3. Bernarnardinus Burſanus cognomẽto iolius eius adoptiuus patri dulciſſimo, & benemeren. p. cur. obijt ann. a partu Virginis 1556. Octauo Idus Nouembris.

Petro Segalino Placentino barbitonſori benem. poſitum

eſt

eſt 1537. Michaële de Caſtello ſcript. Apoſtol. qui vixit ann. 38. men. 5. dies 16.

Liquet quid terræ eſt Philippus luna ſepulchro
Quod cœli cœlſo reddidit ille Deo.
Florentinos enim patria tum corpore, & ipſis
Moribus æquales floruit ante ſuos.

Obijt enim præfatus Philippus de Luna anno Chriſti 1449. Idus Iulij.

Pantaleoni Dionisio Taurinen & Ioanni Antonio Buuæ Aſtenſi ſummæ fidei, integerrimæ famæ, notarijs; quos perpet. contubernio vitæ coniunctos vnà cubare mortuos par fuit, vixit hic annis 23. men. 8. die. 9. ille ann. 25. men. 5. dies 17. Ioannes Iacobus Buua cauſarum Cam. Apoſt. Notar. fratri, & amico B. M. Poſ. anno Iubilei 1575.

Hæc claris cedat geminis nec cedet Atridis
Quod par coniuncti funeris vrna tegit.

.R.

RVberto Pino Patritio Auximati Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Nicolai Cattani Cardinalis Sermonetæ à ſacris viro probo, & pio, multis Sanctiſſimis muneribus egregie functo caudata. decano.

Ioſeph Bonipetrus Nouarien. Nicolaus Marſitius Recanaten. Iulius Alcobellus Mutinenſis teſtamen. executores PP. vixit ann. 81. men. 1. dies 16. deceſſit Idibus Octobris 1520.

Roccho Capellino nobili Cremonenſi, viro ingenio, arte, & opere præſtantiſſimo Caroli v. Imperatoris inuictiſſimi militi Duci, Architectoriq; egregio, Pacis, belliq; tempore illi gratiſſimo, Dum Romę piè ſuis potiretur facultatibus cum multos exantlauiſſet labores, & annum 68. men. 5. dies 26. ætatis tranſiſſet Surij moritur ann. ſalut. 1578. die 27. Octobris Ioannes Baptiſta Capellinus nepos moæſtiſſ. patruo clariſſ. & B. M. Poſuit.

Raphael Zinnus Gallus vt viuens viuenti patruo Iacobo Antonio dignitate, & voluntate coniunctiſſimus fuit: ita moriens corpore ab illo abeſſe noluit, cum quo etiam ſumma Dei benignitate fretus, cæleſti, ac ſempiterna fęlicitate ſe fruiturum ſperat, obijt die ſecunda Auguſti 1256.

Roderico de Albericis Bergomenſi nato ad res gerendas, & bene de hominibus merendum virorum principum gratiarum adeo promerito vt inter diuerſarum partiū ſtudia æquam fidei, & probitatis laudem ſemper retinuerit obijt 4. Kal. Octob. 1320.

## S.

Siluerio Siluerij Picolomineo viro integritate, ac Religione præſtanti, quod in Vrbe exemplum, prudentiæ liberalit. politioriſq; elegantiæ magnorum Principum amicitijs ornatum, eius ætas habuit Illuſtre ob ant. climact. ætat. 5. 1 5 6 9. Ioannes Carolus fratri B. M. P.

Stephano Spadio Vincentij f. Patritio Lucen. inter magnas opes optimis moribus, ingenio, & literis claro in adoleſcentię flore extincto Catherina Viniſia Mater

nuper

nuper viro nunc vnico, & tali orbata F.P.C. vixit ann. 24. men. 9. dies 25. obijt 17. Kal. Julij 1563.

Clauſiſti velox oculos mors impia lætos.
Abſumptos differs claudere cur lachrymis?

Saluſtio Papachio ex oppido S. Poli Sabino literarum Apoſtolicarum minoris gratiæ ſcriptori innocentis vitæ viro in omnes officioſiſſ. omnibuſq; caro, qui vixit ann. 38. men. 3. obijt Kal. Auguſti anni Iubilei 1575. Chriſtophora Saluata mater Martius Papachius frater mœſtiſſimi poſuere.

Simeon Circuis à monte reali artium, & medicinæ doctor, qui cũ ſumma ſpe repleret omnes immatura morte ereptus ad Dominum commigrauit.

Siluester Perellus viuens ſibi, & Marthæ coniugi cariſſ. iam defunctæ, vt amborum extet monumentum coniunctum ponen. curauit, futuræ Reſurrectionis, & ſuæ, in eam beneuolentiæ memor.

Sebaſtiano Pighino de Regia lepidi Iuriſconſulto duodecim viro litibus iudicandis Epiſcopo Hadrien. Romanæ Sedis bis ad Carolum 2. Aug. internuntio Synodi Tridentinæ Præſidi S.R.E. Presbytero Cardinali Supplicũ, libellorumq; ad gratiam ſpectant. cognitori ſuper omnia urbana tribunalia, vice Iulij iij. diſceptatori: Stephanus Pighinus fratri benemerenti poſſ. vix. ann. 54 men. 2. die v. ob. an. 1557. Kal. Decemb.

Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitati ſupplex, vt inter electos locum præſtet, monumentum hoc, in quo poſt tranſitũ præſentis vitæ ſecundi Redemptoriſq; ſui aduentum iterum expectare volens, ſibi viuens, & incolumis Liuia Caldarina poſuit, anno à Virginis partu 1587. ætatis ſuæ vero 37.

Stephano Boriperſo Nouarien. com. pal. R. D. Cardin.

Par-

Parmen. menſa exec. teſtam. poſ. v. ann. 50. men. v. die 25. Iul. 1447.

T.

MAgiſtro Theodorico clariſſ. artium, medicinęq; Doctori de Theodoricis ciui Romano inclito de aurato genitori poſteriſq; ſuis magiſter. Io. Baptiſta filius artium, & medicinæ Doctor B. M. P. 1515.

Timotello de Timotellis nobilis Piſauren. vix ann. 60. obijt non. Iulij 1591. exequutores teſt. PP.

Thomæ cademus Tolaudenſi ſecretario Apoſt. Pauli ij. Pont. Max. medico, virtute, probitate, & moribus integerrimo Ioannes Baptiſta Cadamuſtus B. M. Poſ. vixit ann. 64. & men. 4. obijt 4. Kal. Feb. 1548.

Caue viator ne pedem ſepulchro optimi viri Thomæ Andreæ Pacini mercatoris Florentini offendas, qui vixit ann. 52. men. 6. dies xj. obijt v. id. Martij. 1512.

V.

VAggiæ Med. de Beccutis quę vita integerrima acta in cælum rediens quod terræ fuerat huic terræ reddidit Guido Med. Teatinus Archiepiſcopus Arcis Ro. Præfa. matri dulciſſ. mœſtiſſ. poſuit vixit ann. 70. obijt 17. Kal. Auguſti 1526.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ.